

3-2

No debe haber dos silabas seguidas distantes de la que tiene el acento sin q se convierta en Scheva la primera de ellas.

---

Schultens. Cl<sup>e</sup> des Dialecte.  
Hebreus.

---

< de los futuros >  
Vocales y de las conjugaciones en sus  
primeras silabas.

ai.. ie, ia, .. Ni. fal	": "
ea, eu	" " "
ae, ue	" " "
ie.	" " "

---

finales,

o, e	" "
e, a	" "
i, a	" "
e	" "

---

col. ieo,iae	
eaé, eua	
aé, uea	
iee.	

---

Kal.

Esta unyacawen nene has formas o partes.

A. A

		<u>Lumera</u>	
Masau	Masau	Fakad	Fakda
Masanta	Masanté	Fakadta	Fakadte
Masantí		Fakadti	

p.

Masenu

Mesantom

Masantu

b.

Mesanton.

Fakadu

Fekadton

Fakadnu

Fekadton.

Chayn

XVII

3

8

Moren

Morra

Mosim

Mosot. mosot.

Fokad

Fokat

Fokdu

Fokdot. Fekdot.

Masur

Mesura

Mesurim

Mesurot.

Fekad

Fekuda

Fekduim

Fekudat.

Caja C-108

Tumor

Tumor

Tumor

Tumor;

Tumor

Les Points Voielles ont  
commencé à être en  
usage parmi les Juifs  
au neuvième Siècle.

On en attribue communément  
l'invention aux Massorets  
de Tiberiade, renommés par  
les Grammairiens pour l'exacti-  
tude de la ponctuation.

Tout ce qui peut y avoir  
d'utile dans la matière, c'est  
la fixation de la ponctuation  
et la Léçon, les différents  
Léçons et quelques observations  
critiques sur la correction des  
textes qui y sont marqués.

Mais comme on ne peut pas  
dire quelles Massores et les  
Auteurs de la ponctuation pre-  
sente, aient été infaillibles, on  
ne peut point être assuré abso-  
lument que la Léçon qui est dans  
un texte soit la plus véritable, et  
il faut en juger par le sens, parce qui  
précède et par ce qui suit.

INSTITUTIONES 1143

L I N G V Æ  
H E B R A I C Æ I N  
sex partes distributæ.

Q V I B V S

*Accessit exercitatio Grammatica in  
I O N A M Prophetam,*

Operâ

G E O R G I I M A Y R,  
è Societate IESV.



L V G D V N I ,

*Ex Typographia Regia NICOLAI IVLLIERON,*

Sumptibus ANTONII PILLEHOTTE,  
Sub signo SS. Trinitatis.

---

M. DC. XXII.

*Cum Priuilegio Regis.*

Apud Hebraeos propter exiguum  
numerum nominum, quae non  
sunt nisi 1022, a quibus omnia  
nominia derivantur, saepe unum  
demque nomen, vel verbum, sed  
etiam sententia, pluribus diversis  
signis rebus designandis adhibetur.

Waltonay. Idiot. L. H.



ILLVSTRISSIMO AC RE-  
VERENDISSIMO  
DOMINO, D. ROBERTO  
BELLARMINO; S.R.E.  
Cardinali, &c.

*Domino suo obseruandissimo.*

NSTITUTIONVM ista-  
rum editionem, Ill.<sup>me</sup> ac  
R.<sup>me</sup> Domine, nemini po-  
tiùs, quàm Ill.<sup>ma</sup> D.<sup>ni</sup> V.<sup>x</sup>  
adscribendam, adeoque inscriben-  
dam esse, cùm aliæ me rationes  
hortantur, tum ipse in primis sa-  
pientissimus Ecclesiastes, dum ait:  
**אל מקומ שנהנחים חלכיהם שם**  
**הם שביבם ללבת:**  
vt vetustissimus, ita fidissimus inter-  
)( 2 pres

DEDICATIO.

pres noster animi mea sensa prorsus  
expressisse videtur : AD LOCVM,  
VNDE EXEVNT, FLVMINA RE-  
VERTVNTVR, VT ITERVM FLVANT.  
Triginta abhinc annis & amplius  
III. <sup>ma</sup> D. <sup>is</sup> V. Institutiones linguæ  
Hebraicæ lucem aspexerunt, quæ  
ob perspicuam methodum, nouum  
eundemque permirum discendi ar-  
dorem in quamplurimorum animis  
excitarunt, è quorum numero me  
quoque fuisse perlibenter fateor.  
Quod quidem meum desiderium  
vehementer auctum sensi, cùm ali-  
quot pòst annis, III. <sup>ma</sup> D. V. eo tem-  
pore, quo Romano Collegio præ-  
rat, per literas ad huius linguæ stu-  
dium prosequendum, & apud alios  
excitandum me cohortata esset. At-  
que utinam ex eodem quasi fonte  
Hebraicæ doctrinæ nobis quoque  
cætera

## DEDICATIO.

cætera haurire licuisset, quæ ad pleniorem Grammatices cognitionem assequendam ipsa Ill.<sup>ma</sup> D. V.<sup>a</sup> datâ opportunitate, tradere statuerat (id enim initio methodi tum institutæ ratio non admittebat) præsertim cum non ignoraret, in tantâ bonorum librorum Hebraicorum inopiâ, illa ab omnibus huius linguae studiosis, maximè verò à nostris, vehementer desiderari. Quoniam autem, temporis progressu, nemini non constabat, Ill.<sup>mam</sup> D. V.<sup>am</sup> tam in ipsa Societate, quam in hac postmodum imperatâ sibi sacrâ purpuratorum Patrum dignitate longe grauioribus curis in dies impediri, quam ut ad hanc operam præstandam redire posset, non defuerunt ex nostris, etiam Superioris, qui, ut hunc laborem susciperem, mihi tunc Ingolstadij lin-

## DEDICATIO.

quam sanctam profitenti, authores extitere. Quare ex ijs, quæ partim ipse in scriptoribus sacris ac Sante Pagnino obseruaui, partim docendi experientiâ, Patrûmque nostratium Hebraicè doctorum consilio ad hoc prepositum necessaria vel vtilia fore didici, Institutiones istas in nostrorum potissimum usum cœpi conscribere. Quam opellam meam Ill.<sup>mæ</sup> D. V.<sup>r</sup> non ingratam fuisse R. P. HIERONYMVS BRVNELLVS p. m. in Collegio Romano eiusdem sanctæ linguæ tunc Professorem agens, pluribus abhinc annis ad me ex vrbe scripsit: post verò, pro singulari suo in hoc studiorum genus amore, ipse quoque R.<sup>dus</sup> admodum P. CLAVDIVS AQVAVIVA Societatis nostræ Præpositus Generalis (cuius memoriā nulla ætas oblitterabit) idem mihi

## DEDICATIO

mihi significauit, facultate præterea  
huius libelli mei excudendi imper-  
tita. Quò minùs verò hæc prodie-  
rit editio, typorum Hebraicorum  
inopia haçtenus impediuit; quâ  
nunc, piorum benignitate, sublatâ,  
**A D L O C V M**, hoc est, ad mare magnæ  
variæque eruditionis Ill.<sup>ma</sup> D. V.<sup>am</sup>  
huius qualisqualis laboris mei non  
**F L V M I N A**, sed modici duntaxat ri-  
vuli, **V N D E E X E V N T** ( vt enim  
primum desiderium meum, ita quic-  
quid inde profectum est, Ill.<sup>ma</sup> D. V.<sup>am</sup>  
in acceptis referendum existimo )  
submissæ obseruantiaæ ac gratitudi-  
nis ergò, **R E V E R T V N T V R**, vt inde,  
sacræ benedictionis incremento per-  
cepto, ad alios, potissimum verò ad  
domesticos φιλεθράγος nostros, ube-  
riùs **I T E R V M F L V A N T**. **D E V S O P T.**  
**M A X .** Ill.<sup>ma</sup> D. V.<sup>am</sup> pro totius Ec-  
)( 4 clesiæ

D E D I C A T I O .

clesiæ Catholicæ commodo , cui tot  
iam annis variarum scriptionum  
monumentis, & , quod caput est, lau-  
datissimæ vitæ exemplis , magnope-  
rè profuit , quàm diutissimè conser-  
uet in columem. Augustæ Vindel.  
19. Septemb. Anno M. D C. XXII.

III. <sup>mæ</sup> D. V.<sup>æ</sup>

*humillimus in Christo servus*

GEORGIVS MAYR.

P R A E-

XXV

# P R A E F A T I O A D S A N C T Æ L I N G V Æ studiosos.

**N** tradendis huius linguae præceptionibus,  
**E**am rationem modumque tenere conati  
sumus, ut eius studiosos nihil adeò magnopere  
(quod quidem ad hoc argumentum spectat) de-  
sideraturos, & nunc haec, nunc illa in diuersis hu-  
iis generis libris queritandi permolesto labore  
ut plurimum leuatum iri confidamus. Cæterum  
ut haec ipsa nostra opera ijsdem, præsertim tyro-  
nibus, sit utilior, nonnulla capita præmittenda  
duximus. I. Ac primò quidem non est, quod  
rerum propositarum multitudine quispiam mox  
initio terreatur, cum minime necessarium sit, eā-  
dem lege ac tempore uniuersa addiscere, & ad  
verbum memoriae mandare. Faciendum ini-  
tium à communioribus, cuiusmodi post legendi  
rationem cognitam, censentur quæ in secundâ  
parte traduntur (annotationibus maiori profe-  
ctui reservatis) itemque paradigmata octo

Coniu-

P R A E F A T I O A D

Coniugationum verborum Perfectorum, & id genus nonnulla, quæ prudentis Magistri erit pro tempore ac ratione libri, quem explicat, diligere.

II. Postquam huius linguae tyro, ea, quæ diximus, didicerit, & in sacro textu audiendo aliquid intelligere cœperit, ne præproperè ac temere per varia vagetur, verūm siquid auditis in schola velit addere, Exercitationem nostram in Jonam Prophetam his Institutionibus adiunctam, in manus sumat, neque desistat, donec ipsam plenè, quoad eius fieri poterit, intelligat. Interim tempus quoque nonnullum opportunum tribuatur legendis & intelligendis reliquis præceptionibus & annotationibus, quæ in quinque partibus continentur, quas sibi quisque paulatim, quoad sensum, ita notas ac familiares reddere conetur, ut saltem nōrit, quibus in locis quælibet res quærenda sit, si quando eius notitia ususve necessarius fuerit. Taceo, quòd felicioribus ingenij etiam aliud quasi agentibus multa solo libri usu, inhærescere soleant. Quod ad Poësin attinet, illa in eorum duntaxat gratiam conscripta est, quibus ingenium tempusque eiusmodi exercitationem concesserit. Cùm enim ea

ad

S. LINGVÆ STUDIOSES.

ad Grammatici operis integritatem doctis viris  
pertinere videatur, nequaquam à nobis præter-  
mittenda fuit. III. Ionā nostro probè cogniti-  
to, certum sibi quisque S. Scripturæ librum deli-  
gat ( neque enim præter scripturam magni mo-  
menti Hebraicè quidquam extat ) cui intelli-  
gendo serio ac constanter nauet operam. Ut au-  
tem tutior & solidior laboris fructus existat,  
præstantem aliquem & Hebraicè doctum Vul-  
gataeque editionis studiosum illius libri sacri  
Commentarium adiungat, ex quo simul & san-  
cta lingua, & Catholici sensus intelligentiam  
doctrinamque hauriat. Inde progressus fiat ad  
alios scripturæ libros Hebraicos, annotenturque  
selectiores voces, phrases & Idiotismi, &c.  
quorum cognitio in posterum usui esse possit.  
IV. Ad extremum, quamuis apud Catholicos  
totius Hebraici studij potissimus & ferè unus sit  
scopus sacrorum librorum recta intelligentia, &  
vulgatae editionis defensio, cui tamen à grauior-  
ibus occupationibus literarijs plus otij fuerit, næ  
ille cum regularum Grammaticarum, tum sacra  
lingua retinendæ ac perficiendæ haud vulgare  
compendium sese habiturum nouerit, si descendit  
modo,

PRÆFATIO AD S. LINGVÆ STUDIOSOS.

modo, de quo nunc agimus, nonnullam quoque  
styli Hebraici exercitationem adiunxerit, conci-  
piendo primum ex iam auditis, vel lectis ac  
probè intellectis scripturæ locis themata seu sen-  
tentiolas Latinas, quas Hebraicè transferat.  
Atque hoc studij genere aliquandiu utiliter con-  
tinuato, nonnullaque ( ut paulò antè dictum )  
vocum phrasiumque Hebraicarum supellestili  
comparata, operæ pretium fuerit aliquantò lon-  
giores etiam istiusmodi scriptiones Latinas He-  
braicè vertendas suscipere. Styli enim exer-  
cendi etsi in hac lingua non adeò magna ne-  
cessitas appareat, non minortamen, quam in alijs,  
utilitas omnino censenda est. Quam ob cau-  
sam in his ipsis Institutionibus nonnulla fusiūs  
proponenda duximus, quæ alioqui, cæterorum  
more, qui hæc tractant, breuiter attigissemus.  
Hæc ferè sunt, de quibus huius linguae studiosos  
præmonendos existimauimus. Deus Opt. Max.  
ut aliarum linguarum, ita etiam huius Sanctæ  
cognitionem ad sui nominis maiorem gloriam,  
et Ecclesiae Catholicæ utilitatem in dies magis,  
ut cœpit, secundet atque amplificet.

---

Facultas R. P. Prouincialis Pro-  
uinciae Lugdunensis.

 GO IOANNES FORERIVS  
Societatis IESV in Prouincia  
Lugdunensi Præpositus Pro-  
uincialis, iuxta Priuilegium  
eidem societati à Regibus Christianis-  
simis HENRICO III. 10. Maij 1583.  
HENRICO IV. 20. Decemb. 1606. &  
LUDOVICO XIII. nunc Regnante  
14. Februarij, 1611. concessum, quo Bi-  
bliopolis omnibus prohibetur, ne li-  
bros ab hominibus nostræ Societatis  
compositos absque superiorū eius per-  
missione imprimant, permitto ANTO-  
NIO PILLEHOTTE Lugdunensi Bi-  
bliopolæ, ut *Institutiones linguae Hebraicæ*,  
operā P. GEORGII MAYR conscriptas,  
una cum exercitatione Grammaticâ in *IONAM*  
*Prophetam* ad sex proximos annos, im-  
primere ac liberè diuendere possit. Da-  
tum Lugduni 12. Septembr. 1622.

IOANNES FORERIVS.

---

---

# CAPITA SINGVLARVM PARTIVM.

## PARTIS PRIMÆ

*De ratione legendi & pronuntiandi.*

CAPV T I. <i>De literis.</i>	pag. 1.
II. <i>De punctis, quæ vocalium loco sunt apud Hebreos.</i>	6
III. <i>De punctis breuissimis.</i>	11
IV. <i>De Dagesch.</i>	16
V. <i>De literis Quiescentibus &amp; Mappic.</i>	21
VI. <i>De Accentibus.</i>	24

## PARTIS SECUNDÆ,

*De Nomine.*

CAP. I. <i>De Genere.</i>	29
II. <i>De Numero.</i>	31
III. <i>De Casibus siue Declinatione.</i>	34
IV. <i>De statu absoluto &amp; Reginime.</i>	38
V. <i>De varijs nominum formis, seu diuisionibus.</i>	41
VI. <i>De Pronomine.</i>	46

## PARTIS TERTIÆ,

*De Verbo.*

CAP. I. <i>De ijs, quæ verbo accident.</i>	55
II. <i>De Coniugatione Kal.</i>	60
III. <i>De Coniugatione Niphal.</i>	71
IV. <i>De Coniugatione Piel.</i>	75
V. <i>De Coniugatione Pual.</i>	78
VI. <i>De Coniugatione Poël.</i>	80

VII. *De*

# INDEX.

VII. De Coniugatione Hiphil.	82
VIII. De Coniugatione Hophal.	85
IX. De Coniugatione Hithpaël.	87
X. De Quiescentibus Pe Aleph.	93
XI. De Quiescentibus Pe Iod.	97
XII. De Quiescentibus Ayn Vau, vel Iod.	105
XIII. De Quiescentibus Lamed Aleph.	118
XIV. De Quiescentibus Lamed He.	124
XV. De prima & secunda forma Defectiuorum, id est, Pe Iod, & Pe Nun.	143
XVI. De defectiis Ayn, id est, in secunda Radicis, sive de duplicantibus Ayn.	149
XVII. De prima forma Compositorum, ex Quiescen- tibus Pe Aleph, & Lamed He.	162
XVIII. De secunda forma Compositorum, ex Quie- scientibus Pe Iod, & Lamed Aleph.	165
XIX. De tertia forma Compositorum, ex Quiescen- tibus Pe Iod, & Lamed He.	169
XX. De quarta forma Compositorum, ex defectiis Pe Nun, & Quiescentibus Lamed Aleph.	171
XXI. De quinta forma Compositorum, ex defecti- uis Pe Nun, & Quiescentibus Lamed He.	174
XXII. De verbis quatuor aut quinque literarum.	181

## PARTIS QVARTÆ,

*De Dictione, & quibusdam communibus par-  
tium orationis attributis.*

CAP. I. De Adverbio.	184
II. De Fræpositione, Coniunctione, & Interjectione.	187
III. De affixis Nominum, & simul alijs causis pun- cta eorum mutantibus.	189
IV. De affixis verborum.	224
V. De affixis dictionum,	240
VI. De	

# INDEX,

VI. <i>De literis seruilibus.</i>	245
VII. <i>De literis paragogicis.</i>	257
VIII. <i>De permutatione literarum &amp; punctorum.</i>	261
IX. <i>De ijs, quæ ad pleniorum accentuum cognitio-</i> <i>nem spectant.</i>	275
X. <i>Describendi consuetudine, &amp; literis, ut vocant,</i> <i>Currentibus.</i>	278
XI. <i>De notis Arithmeticis, Nominibus Numerar-</i> <i>ibus, &amp; mensibus Hebreorum.</i>	297
XII. <i>De inuestigatione thematum seu Radicum.</i>	319

## PARTIS QVINTÆ,

### *De Syntaxi.*

CAP. I. <i>De Constructione Nominum.</i>	323
II. <i>De Constructione Verborum.</i>	334
III. <i>De Constructione Dictionum.</i>	346
IV. <i>De Constructione Figurata.</i>	355

## PARTIS SEXTÆ,

### *De Poësi Hebreorum.*

CAP. I. <i>De syllabis ac pedibus.</i>	365
II. <i>De quibusdam versuum appellatiōnibus, Rhyth-</i> <i>mo versuum, &amp; eius locis.</i>	367
III. <i>De Carmine simplici &amp; composito.</i>	373
IV. <i>De figuris versuum Hebraicorum, eorum con-</i> <i>iunctione, &amp; cœsura.</i>	380

INSTI-



INSTITUTIONVM  
HEBRAICARVM

PARS PRIMA.

DE RATIONE LEGENDI  
ET PRONVNCIANDI.

CAPVT I.

*De Literis.*

**L**itteræ Hebræorum, quas ipsi נִנְחָה appellant, (ab נֵש signum, litera) vigineti duæ recensentur, omnesque sunt consonantes. Earum numerum, & ordinem (qui ex Threnis Hieremiæ, alijsque id genus Alphabeticis scripturæ locis colligitur) nec non figuræ, nomina, pote statem siue sonum, subiecta tabula indicabit.

A      Figura.

## Figura. Nomen. Potestas.

<b>א</b>	<b>א</b>	Aleph.	' Spiritus tenuis Graecorum.
<b>ב</b>	<b>בָּ</b>	Beth.	β Graecorum, vel bh, vel v consonans.
<b>ג</b>	<b>גָּ</b>	Gimel.	gh.
<b>ד</b>	<b>דָּ</b>	Daleth.	dh.
<b>ה</b>	<b>הָ</b>	He.	h.
<b>וּ</b>	<b>וּ</b>	Vau.	v. consonans.
<b>זּ</b>	<b>זּ</b>	Zain.	z.
<b>חּ</b>	<b>חּ</b>	Cheth.	Aspiratio densior, quam nunc plerique instar ch seu χ Graecorum pronunciant.
<b>טּ</b>	<b>טּ</b>	Teth.	t.
<b>יּ</b>	<b>יּ</b>	Iod.	j. consonans.
<b>כּ</b>	<b>כּ</b>	Caph.	ch.

Figura.

De Literis.

8

Figura.	Nomen.	Potestas.
ל	Lamed.	i.
מ	Mem.	m.
נ	Nun.	n.
ס	Samech.	s.
ע	Ajin.	Aspiratio fuit densissima, quæ ali⁹ ut ch, ali⁹ ut gh, ali⁹ alter ter pronunciant, plerique nūc sono ab $\aleph$ non discriminant.
פ	Pe.	ph.
צ	Tsade.	cs.
ק	Koph.	k. c. quidam ut q profē- rendum putant.
ר	Resch.	r.
ש	Schin.	Cum puncto in dextro latere sonat ut sc, vel sch. In fini- stro, sono non differt nūc à $\theta$ .
ת	Tau.	th.

A 2 I. Quin

I. Quinque literæ, nimirū Caph, Mem, Nun, Pe, Tsade, dupliciter scribuntur. Sic figuratæ, ו, פ, נ, מ, צ, in principio, & medio dictionis ponuntur. Hoc autem modo, ו, ג, ת, מ, צ, tantum in fine, exceptis paucissimis scripturæ locis, qui nonnullis corrupti videntur.

II. Literæ secundūm pronunciationis organa diuidūt in quinque ordines, Ut Gutturis, י, פ, נ, א { Ahecha. } Palati, ק, ב, י, ג { Gichak. } Linguæ, ת, נ, ל, ט, ד { Datlenath. } Dentium, ש, ר, צ, ס, ז { Zastferasch. } Labiorum, ע, מ, ו, ב { Bumaph. }

He, scilicet litteræ punctiles, vocantur litteræ, litteræ hec vocabula alijs nihil significant, sed tenuis memoria iuxanda causa exigua fini.

## ANNOTATIO.

Hebrei ante captam Ierosolymam, & templi instaurationem sub Zorobabel alijs utebantur characteribus, quorum tamen usus, aut memoria nulla iam supereft.

Has vero literarum figuræ, quæ iam propria sunt, Esdras scriba inuenit. Vtriusque rei testis est D. Hieronymus, in prologo Galeato, qui etiam in comment. ad c. 9. Ezech. docet, literam

De punctis seu Vocal. Cap. I. 5

ram n. olim crucis figuram expressisse. Atque his ipsis Alphabeti literis (quae nunc propriè Hebraicæ sunt, & vocari debent) sacra Biblia iam scripta, & impressa habentur. Nam quæ à ludæis vulgò usurpantur, aliæ sunt, & à veris Hebraicis figurâ diuersæ. Aliter enim Itali, aliter Hispani, aliter Germani, suas vulgares literas (quas Currentes appellant) efformare solent. Earum, quæ communiores habentur, figura & paragma ponetur parte 4. cap. 10. Denique de literarum Hebraicarum usu seu officio, quo in numeris seu notis arithmeticis funguntur, commodius agemus parte 4. cap. II.

Cæterū omittendæ videbantur in Alphabeto nominum literis impostorum significaciones, quod hisce figuris, quibus nunc formantur literæ, non satis sint accommodatae: nec dubium, quin literæ prius sua nomina, quam istas figuræ habuerint, quamvis non negandum, significantia esse; unde prima & designat principium, ultima n terminum. Sed quare quælibet aliarum tali vel tali nomine appelletur, non est facile diuinare.

## CAPVT II.

*De Punctis, qua Vocalium loco  
sunt apud Hebraeos.*

Vncta ( נקודות ) seu ( תנוויות ) tredecim numerantur ab Hebræis ; quinque longa, totidem breuia ; tria, quæ breuissima vocantur. Iam agemus de longis, & breuibus, seruato ordine Latinarum vocalium, a, e, i, o, u.

Longa.

Breuia.

Fig. Nomē. Potestas.

- Camets. a. א

קְמַת

Tsere. e. אֵ

צָרֵי

Chiric magnum. i.

חִירִיק גָּדוֹל

Cholem. o.

חֻלֶּם

Schurec. u.

שְׁוּרֵק

Fig. Nomē. Potestas.

- Patach. a. אַ

פָתָח

Segol. e. אֵ

סְגֹול

Chiric paruum. i.

חִירִיק קָטָן

Camets Chateph. o

קְמַץ חָטָף

Kibbuts. u.

קְבָעָה

ANNO

## ANNOTATIO.

Porro puncta hæc non modò quantitate, sed pleraque etiam sono differre volunt. Vnde Camets dictum à ψηφ collegit, quòd ore collecto proferatur, sono quodam medio inter a, ε. Patach autem à פָתַח aperuit, quòd ore aperto clarissimè pronuncietur, planè ut a Latinum. Tsere à verbo תְשִׁיר coarctauit, quòd aliqua oris indigeat contractione, cùm Segol (quod dicitur à סֶגֹול Chaldaico, botrúmque significat, cuius figurā imitatur) amet oris dilatationem. Schurec nomen habet à sibilo: nam פְּרִישׁ idem est quod sibilauit, ε pronunciatur ut u Latinum: Kibbutz verò collectis labijs, ut u Gallicum, vnde à ψεψֵבְּרֵבְּ quod est congregauit, nomē habet. Chiric utrumque à stridore dicitur, sed in modo soni nullum discrimen percipitur, sicuti nec inter cholem, ε camets chateph, quamuis differētiam olim fuisse, ipsa nomina innuant. Cholem enim crassius quiddam ac spissius indicat à כְּלִיל incrasatum est, quasi o plenū ac perfectum sonet, cùm tamen alterum nonnihil ad Camets accesserit. Sed in his ε similibus non est scrupulosus immorandum.

Quem locum, situmue singula puncta consonatibus addita requirat, & quo patet cum ijsdem syllabam efficiant, subiecta tria exempla omnium facillime docebunt. Idem enim in alijs obseruandum.

va	va	ve	ve	vi	vi	vo	vo	vu	vu.
בָּ	כָּ								
Da	da	de	de	di	di	do	do	du	du.
רָ									
Ha	ha	he	he	hi	hi	ho	ho	hu	hu.
הָ									

## ANNOTATIO.

I. Veteres Hebrei vocalium loco utebantur quatuor ipsis literis י, ו, ה, א, quæ quoniam modo consonantium munere fungebantur, modo vocalium; & quidem non singula singularum, sed una eademq; plurium, ut נ a ו e : י o כ u: item hæ ipsæ literæ non raro subintelligebantur, tandem ad ambiguitatem & difficultatem lectionis tollendam excogitata sunt puncta, vocalium loco usurpanda. Et quamuis nonnulli cōtendant Biblia Hebraica ab ipso Mose, vel certè ab aliquo alio præstanti Legis Diuinæ Doctore ante Christi aduentum punctulis, accentibusq; distincta fuisse, certior tamen ac verior est sententia eorū

qui

qui asserunt non nisi post Christum, & quidem eius annum 500. puncta hæc à Iudeorum Rabbinis, qui Masorethæ vocantur, excogitata, & Bibliis apposita fuisse apud Tiberiadem Palæstinae: qua de re inter alios legendus R.P. Nicolaus Serarius in prolegom. Biblicis c. 4. quest. 5.

II. In literarum pronunciatione priùs auditur litera, quām punc̄tum literæ. Non enim dicimus ḥ al, ḫ am, sed la, ma, & sic de cæteris. Excipiuntur tamen n & n (modò n habeat punc̄tum intra, vel infra se n n, de quo postea) quando in fine dictionis sub se patach habent. Tunc enim priùs auditur punc̄tum, quām litera, ut יְשִׁיחַ Maschiach, Messias, nō Maschicha. אֱלֹהָה Elōah, Deus, nō Elōha. Excipitur etiā y ab ijs, qui illud perch, gh, vel nescio quo alio sono pronunciandū putant. Legunt enim y יְהוּ iodéach, sciens: y שְׂמֵחַ schoméagh, audiēs, &c. Alij, qui y perinde mutum esse volunt, atque n, nec ei diuersum à vocali sua sonū tribuunt, pronunciant illa duo, iodéa, schoméa. Sic y שְׁמֻנָה Iehoschúa, Iesus, Illud autē patach his tribus literis, n, n, y, in fine subiectum, vocatur Patach suffuratū, seunecessitatis, eò quod licet nō sit de essentia illorum nominū, necessariò

tamen, quamvis alienum, addatur, ut literæ illæ ex gutture pronūciari possint. Atque hoc patach suffuratum, literæ **nn** & **v** in fine posita semper requirunt, nisi præcedat Camets, aut Patach, ut **תְּלִשָּׁ** misit. **וְלִשָּׁ** audiuīt. תַּרְתַּתְתָּ lex eius.

III. Cholem dupliciter notatur: uno modo cum litera **ו**, ut in **ho**, **רוֹ do**, **בוֹ vo**: altero sine Vau, **וּ**) tunc ponitur supra consonantem (cum qua syllabam constituit) non in medio, sed ad latus finistrū hoc modo **חַ**, **רַ**, **בַּ**. Hinc compendij causa unum idēmque punctum dextrum in **וּ**, nō tantum senat sch, sed etiam saepe pro cholem prioris literæ accipitur, ut **נוּשָׁ מֹשֶׁה**, Moses, pro **נוּשָׁ בְּ מֹשֶׁבּ** יְשֻׁבּ, pro **בְּ יְשֻׁבּ** iöschev, sedens.

III. Camets chateph (quod & camets chatuph id est, raptum, dicitur) saepissimè sine duobus punctis scribitur - , & tunc figurā non differt à Camets punto longo. Ut ergo unum ab altero discernas, has regulas notabis.

PRIMA, si - post se non habeat accentum Rheticum, & mox sequatur scheua aut dagesch, est Camets Chateph, ut, **חַכְמָה** chochma, sapiētia; non chachema. **קְרֵבָן** korban, munus, oblatio, non Kareban. **רְנֵן** ronnu, laudate, nō ranna. Hic

tamen

tamen accentus Rheticus non semper ponitur, sed saepe ex communibus nominum verborumque paradigmatis subintelligendus est, ut **דְבָרֶךָ** devarecha, verbum tuum. non devorcha, **לִמְדוּ** lamedu, didicerunt, non lomdu. SECUNDA, si post sequatur linea - Maccaph, (modò ipsam lineam non precedat & vel ה) est camets chateph, **כָּל-** אַרְצָה col-erets, omnis terra, non cal-erets. TERTIA, in finibus verborum si precedat accentus, est etiam camets chateph **וְיַעֲזֹב** vajácom, & surrexit, non vajacā. Alias sēper est Camets. Ceterū quid accentus ille sit Rheticus, quid sit scheua, dagesch, & maccaph, ex sequentibus capitibus intelligetur.

## CAPUT III.

*De punctis breuissimis.*

BReuissima puncta sunt Scheua, Chateph patach, & Chateph segol.

SCHÉVA, **אַבָּשׁ**, constat ex duobus punctulis, quorum unū alteri perpendiculariter superimponitur hoc modo(:) quod quidē interdum sonat, interdū quiescit. Quādo quiescit, nullum sonum edit, nec syllabam propriam,

propriam, more aliorum punctorum, cōstituit, sed tantūm trahit literā sibi superimpositam, ad præcedentem syllabam, vt cùm dicimus **halách**, *ambulauit*, scheua trahit ַ ad ֲ. Quádo sonat, ac mobile est, idem valet quòd e breuissimum, & more aliorum punctorum cum sua consonante syllabam efficit, vt **לְמוֹד** *lemod*, *disce*. **מֶלֶךְ** *melóch*, *regna*.

Vt autē intelligas, quando scheua quiescat, & quádo sonet, has regulas obserua.

I. Scheua in principio dictionis séper pronúciatur **לְמוֹד** *lemod*, *disce*. **מֶלֶךְ** *melóch*, *regna*.

II. Sub litera immediate geminata, si quidem sub priore sit, vt **הַלְלוּ** *ha-lélú*, *laudate*.

*In medio pro-nuncia-tur.*

Sub litera habente punc̄tum in vētre, quod dagesch vocatur ( de quo sequēte cap. ) **לִפְחוֹת** *lammedú*, *docete*. *(discēt)*

Post alterum scheua **וַיְלִמְדוּ** *jilmedú*. Post lögam vocalē carentem accētu Grámatico, vt **לִמְדוּ** *didicerūt*, **לְ** c̄nīm Rheticū habet, de quo infra.

III. In

III. In fine semper quiescit, siue vnū sit,  
vt הַלְךָ halach, ambulauit : siue duo, etiam  
præsente dagesch, vt תִּשְׁ יְשִׁ iefcht, bibet. טַשִׁיךְ  
koscht, veritas, firmitas. יְבַךְ ie-vch, flebit.  
Non halache, iefchete, koschete, ieveche.

CHATEPH PATACH, פַתְחָ, constat ex  
patach & scheua, -: & sonat a breuissimū.

CHATEPH SEGOL, סַגְוֵל, constat ex  
segol, & scheua .., & sonat itidem breuissi-  
mum; vtrumque vocatur scheua com-  
positum: primum autem dicitur simplex.

#### ANNOTATIO.

I. Scheua videtur dici à שׁוב, redire, quia li-  
teram suam ad præcedētem seu literam, seu pun-  
ctum trahit, & quodammodo redire facit, dum  
quiescit. Vnde omnis litera in fine dictionis (ex-  
ceptis quiescentibus אַהֲרֹן) si nullum habeat pun-  
ctum, censetur habere scheua, licet non reperi-  
tur in fine expressum, nisi sub בְּגָד כְּפָת, quando  
habent dagesch lene: quod scheuatum demū ap-  
paret, cum quippiam adiungitur, ut פְקָד visit-  
uit, פְקָדָת visitasti. Inuenitur tamen etiam hoc  
scheua finale in וְ licet non habeat dagesch lene  
ut פְּרָקָד via, & in tribus alijs dictionibus טְשִׁיךְ  
declina-

declinabit, ὥσπ̄ firmitas, πών & potū de-  
dit, quæ ultimam literis η ες κ cognatā habent.

II. Si Scheua posteriori ex geminatis literis  
subscribatur, secunda regula locum non habet.  
Nam רָמְמָת exaltastis, pronunciamus ro-  
mamtem, non romametem. Nec itidem locū  
habet, si longa vocalis notetur accentu Gram-  
matico, dicimus enim לִמּוֹדֶנָה lemodna, dis-  
cite, non lemodena.

III. Cum post scheua ponitur littera guttura-  
lis, docent quidem plerique ipsum scheua debere  
professi ad eum fere modū, quo profertur pun-  
ctum subiectum literæ gutturali; ες, si adsit ac-  
centus, qui dicitur gaaia, profereendum planè eo-  
dem modo, ut תְּחִチ tichi viuet, non techi. Et  
idem dicendum de scheua posito ante iod sine  
chiric: ut בֵּיְד bijad, in manu, non beiad: alij  
tamen hæc ες similia sine dispensio negligunt.

III. Utrumque scheua compositum peculia-  
riter literis gutturalibus Ι, Η, Η, Υ, loco simpli-  
cis scheua, subiicitur. Ubi enim aliæ consonan-  
tes scheua simplex possidere solent, ibi guttura-  
les, ut facilius proferantur, scheua compositum  
erquirunt, non tamen sine discrimine. Utrum

autem

autem eorum ponendum sit, ex usu potius, quam regulis descendum est. Nonnunquam tamen Chateph patach, sub alijs quoque literis, quæ gutturales non sunt, inuenitur. Ut sub geminatis, גָּלְלוֹ revoluerunt, רַבְכּוֹת myriades. Item sub וְהַחֲבִרְכּוֹ & benedicentur. Similiter post accentum Rheticum, ut, אַמְרוֹת eloquia.

V. Solet tamen etiam scheua simplex gutturalibus subiisci, idque hisce de causis. 1. si præcedat accentus Grammaticus, ut שְׁלֵחָנוּ misimus. 2. si præcedat chiric sub litera seruili, ut יְחִיָּה erit. 3. si Patach aut Segol excidat ob euphoniam, aut pronunciandi seu facilitatem seu celeritatem, ut יְחִזְקֵן volet. pro יְחִזְקֵן magnificus, pro נָאָר ratio valeat etiam in pluribus alijs. Dicimus enim לְאַמְרָר ad dicendum, pro נֶרֶד לְאַמְרָר. itemnardus, חַטָּא peccatum, טַשְׁׂרֵפָה veritas, שָׁׂוֹם mendacium, vanitas, in quibus sub penultimis literis ponitur scheua pro segol, וְ fiunt nomina monosyllaba.

## CAPVT IV.

*De Dagesch.*

דָגֵשׁ Dagesch ( nomen artis, cuius propria significatio ignorari perhibetur ) est punctum in medio literæ positum hoc modo, א, quod et si vocalis munere, ut superiora, non fungitur, ipsam tamen pronunciationem non parum adiuuat. Est autem duplex Dagesch, Forte & Lene. Forte duplicat literam, in qua positum est, ut לְפִדוֹ limmedu, docuerunt, מַלְשָׁ schil-lach, dimisit. Et locū habere potest in omnibus literis, exceptis gutturalibus, & ר, et si נ & ר, in paucissimis scripturæ locis etiam reperiantur cum Dagesch.

LENE, literæ suæ aspirationem tollit, & idcirco ipsius pronunciationem non nihil roborat. Reperitur autem solum in sex literis, quas hæc duo nomina בְנֵר כְפֵת continent. Sed paucis, quomodo hæc sex literæ cum dagesch, & sine dagesch scriptæ nunc proferantur, ostendamus.

Cum

בּ	b.	בּ	b.	bh.
גּ	g.	גּ	g.	gh.
דּ	d.	דּ	Sine Dagesch,	dh.
כּ	c.	כּ	sonat	ch.
פּ	p.	פּ	.	ph.
תּ	t.	תּ	.	th.

Cum Dagesch,  
sonat

Cæterūm quia hæ literæ בּ פּ וּ תּ etiam dagesch forte recipere possunt, ad discer- nēdum vtrumque vnam obserua regulā:

Initio dictionis est dagesch lene, itēni- que in medio, & fine post scheua quies- cens, ut in תּוֹכֵר recordaberis, vtrumque est lene: in דְּבָרַת dixisti, primum & ultimum est lene, medium verò forte. In alijs qui- buscunque locis semper est forte, דְּבָרַ dibber, locutus est. נִשְׁכַּח nischschech, momordit. לִמְדָה lammed, doce.

### ANNOTATIO.

I. Ratio, cur dagesch forte infigatur, multiplex assignatur. 1. ad supplendum defectum literæ גּ in coniugatione Niphal, in defectivis pe nun, in verbo נִתְן dedit, & in nominibus inde deriuatis, ut כְּטֻרָה custodia. מִתְנָה donū. Sic etiam in præpositione בְּ Nun plerumque per dagesch

compensatur. 2. ad supplendum defectum literæ geminatæ in duplicantibus aijin, ⌈ nominibus inde profectis, ut זְמָה cogitatio, scelus. חַתָּה pauor. Et ad supplendum defectum literæ n, in verbis quæ habent tertiam radicalē n. ⌈ quando in hithpael n esset geminandum, vel cum similis soni literis coniungendum, ut הַתָּה mun-dauit se pro הַתָּה. 3. ad ostendendam coniugationis grauitatem in Piel, Pual ⌈ Hithpael. 4. In nominibus, quorum prima brevis, secunda longa, ponitur dagesch in secunda litera post - ; , si quidem eius capax sit, ut יְהִיק iustus. בֶּבֶר præualidus. 5. post n demonstratum ⌈ 1. versuum ⌈ ϕ relatiuum, de quibus plura suo loco. Demum ⌈ nonnumquam euphoniacæ causa.

II. Cum puncto Dagesch nonnulli coniungunt Raphe. Est autem Raphe lineola transuersa literæ imposita hoc modo בְּ, רְ, qua ostendebatur has literas נְהָר cum sua aspiratione pronuncandas esse, ut שְׁנֵה nephesch, anima, non nepesch. בְּבָל Babhel, non Babel. Verum cum absente dagesch hanc aspirationem his literis semper deberi quisque per se facile intelligat, vix ullis

ullis in libris amplius exprimitur, & à Grammaticis non incommodè prætermittitur.

Regulæ Orthographicæ de po-  
nendo Dagesch in  
literis.

PRIMA. Literæ initio dictionis requirunt Dagesch, בְּגָרֵךְ visitauit, בַּיִת domus, nisi litera præcedens fuerit una ex quiescentibus אֲחֹתִי. Quatuor tamen in locis, etiam præcedente una ex quiescentibus, illæ sex literæ initio dictionis Dagesch habere possunt, quamvis non semper habeant. 1. si litera quiescens non quiescat eo loco אָבִיו הַרְשָׁן pater eius interrogauit. 2. Si quiescens habeat unum ex accentibus regibus præsertim distinguentibus, (de quibus infrà suo loco) ut לְבָנָה כּוֹכֶב luna, stella. 3. Si π terminet dictionem, & sequatur alia vox monosyllaba incipiens ab una ex literis ut בְּגָרֵךְ sufflauit in eum, aut accentum habens in penultima, ut בְּבָחָתָה פֶּסַח sacrificasti Pascha. 4. Si Maccaph coniungit literam ה dictionis monosyllabæ cum dictione incipiente ab una ex literis מְהֻבָּא ut בְּגָרֵךְ בְּמַהְוָא quaæ cupi-

ditas: Aut contrà, id est, si diéctionem monosyl-labam incipientē ab una ex literis בְּנֵר בְּפַת, precedingat diéctio finita in הָ cum Maccaph יִצְפָּה-בְּיִ respiciet in me.

II. SECUNDA. Post punc̄tum breue cuiuscun-que literæ plerunque ponitur dagesch, aut scheua cor eius, שׁ custodite וְגַרְמָה vnro-mema, וְ exaltemus ( nam, breue est, cùm tantū ponatur loco, ne scilicet duo scheuam concurrant) nisi illa breuis accentum habeat, ut in שבת habitare: aut sit camets chateph ( maxi-mè descendens ex cholē) קָרְשִׁי sanctitates. Huc spectant pauca participia passiva פִּקְרִים re-censiti. Exod. 30. 13. Item זְקִנִּי de quo p. 2. c. 2. in Annot. Quod si post chiric breue sequatur iod, facilius dicitur in Iod esse mappic, ( de quo sub fine sequentis capituli) quam dagesch, ut צְיוֹן Siō.

III. Post punc̄tum longum non est Dagesch, ut labor, nisi adsit accentus, ut לְמַה quare, הַוְּה circumdate, וְ in perpaucis aliis, ut סְבִבּוּ percussus est. לִיּוֹד ad fundandum.

III. Literæ post scheua quiescens, ple-rumque dagesch habent בְּנֵר בְּפַת vestis eius, coram me. Excipe מְלָכּות regnum, עֲבָדִי, ser-  
ui,

ui, et quædam alia usū discenda.

V. Post scheua mobile, et reliqua duo puncta breuissima nunquam ponitur Dagesch מָלֵכִי־ Reges, עֲבֹדֶר seruire, אַכְלָה comedere. In unico tamen vocabulo, שְׁתִי־ שְׁתִי־ duo, post scheua mobile reperitur Dagesch.

## C A P V T . V.

*De Literis quiescentibus  
et Mappic.*

**Q**ATVOR literæ, quæ nomine אַחֲרֵי continentur, quiescentes, נְזָהָת vocali vocantur, quia proprio puncto vocali destitutæ nullum sonum auribus exhibent, sed in præcedenti puncto quiescunt. Et quidem & post vocales longas, ut בָּרָא bara, creauit, כְּפָא kisse solium, נְבִיא navi propheta, &c. & interdum etiam post breues, ut וְאַדְוָנִי vadonai et Dominus פָּרָא pere onager.

ה quiescit in fine dictioñis in . , , ו, ut malca, regina. אֲרִיה arje, leo. גָּלוֹן galo, migrare seu migrando. Interdum etiam in breuibus, ut מָה ma, quid פְּה pe, os, oris.

ו Quiescit in cholem ut לְוָלו lo, illi, & in

schurec, ut לֹ, lu, utinam.

רְבָרִי quiescit in - , chiric & - , ut devarav, verba eius. דְבָרִי divre, verba. bin, intelligere. אֲחִיךְ achécha, fratres tui.

ו & י, in fine cum quibusdam punctis in vnam diphthongum coalescunt. ו. quidem post -, -, & chiric, ut רְבָרִי devarav, קָרָב kav, linea, שָׁלֹו schalev, quietus, opulentus. פַּיו piv, os eius. Iod autem post -, -, ו & ו, ut אָדָונִי Adonai, Dominus. דְבָרִי devaraj, verba mea, vtrumque trisyllabū. גֵּוֹגְיָה goi, gens, monosyllabum. בְּנֵי banui, ædificatus, disyllabum. Quin & in medio post - & - in diphthongum transit, ut בִּיתָה baitha, intrinsecus, לִילָה laila, nox, nisi post jod sequatur ו coalescens cum punto praecedente, ut פְּנֵי panav, facies eius.

### ANNOTATIO.

I. Hæ literæ אֲחֹוי idcirco quiescunt interdum, quòd ijs olim Hebræi (ut diximus cap. 2.) loco vocalium utebantur; quo munere post inuenta puncta amplius fungi non possunt. Sunt tamen etiamnum necessariæ, ad longarū vocalium pronunciationem, ideoque semper vel actus, vel potestate

testate adesse dicuntur. Hinc in illa sententia,  
*Exo.20. 4.* לֹא־תַעֲשֵׂה־לְךָ פֶּסֶל non facias tibi  
 sculptile, illud פ non habet dagesch lene, quia  
 præcedit ה virtute contentum in camets dictio-  
 nis ל, quamuis etiam habere posset, ut constat  
 ex regula prima, cap.4. Id ipsum in alijs id genus  
 locis, sicubi literæ בגד כפת contra regulam pri-  
 mam, suo dagesch in initio carent, obseruandum  
 erit. Quin etiam eadem quiescentes, saltem ה, in  
 fine dictionum positæ efficiunt, ut aliæ quoque li-  
 teræ, præter בגד כפת initio dictionum, dagesch  
 nonnunquam admittant, siue ea cum præceden-  
 te per Maccaph coniungantur, siue non, ut Gen.  
 30.1. יִצְוֹה־לְךָ da mihi. *Ps.91.10.* יְמַנְּדָבֵית de te. *Gen.35.3.* שׁוֹאָשָׁח־שׁ faciam  
 ibi, &c. *Gen. 25. 22.* ut quid ego?  
*Ps.75. 2.* הַזְּדִינֵנוּ לְךָ confitebimur tibi. *Num.*  
 22. 5. לְקָרְא־לוֹ ut vocarent eum. Porro in  
 his & similibus scripturæ locis ( licet codices in  
 hoc dagesch ponendo inter se varient) cùm lite-  
 ræ ש, ו, ז, ל, א, &c. non sint ex בגד כפת, dicendum est  
 hoc dagesch esse forte, & priorem partem ex li-  
 teris ita duplicatis trahi ad præcedens vocabu-  
 lum, & ex utroque quasi unum integrū consta-

ri, quod neque in alijs linguis insolens est. Hinc usitatissimè & rectissimè dicimus Osanna , licet Psal.ii8.25. ex quo desumptum est, scribatur נא הושיעה salua quæso : de quo legendus S.Hieron.epistola 145.

II. Quoniam נס , sonant nonnunquam, ubi tamen ex regulis datis videntur quiescere, idcirco solet ijs tum punctulum quoddam infigi, quod vocatur Mappic, id est, eductor, quod harum literarum sonum educat. In נ quidem inuenitur in affixis generis fæminini, ut בנה benah filius eius, in nomine אלוה Deus. Item in hisce verbis בבה eleuauit se, superbiuit נגה splenduit, תמה admiratus est, quibus adiungunt במה desiderauit, ex Ps.63.u.2. ubi tamen 70. legerunt במה, id est, quam multipliciter, quoties : rectè adiungitur התמה moram facere. Exod. 12.39. In Iod autem quando post chiric breue ponitur, ut בפריות sulphura. Præter hæc puncta iam explicata, quæcunque aliæ lineolæ, notulæ, apices, vel puncta, quacunque forma vel situ occurrant, accentus haberis, debent, excepto signo, vel circulo בחריב id est, scriptionis, de quo parte 4.c.9. agemus.

## C A P V T    V I .

*De Accentibus.*

**E**A solùm híc de accentibus consultò trademus , sine quorum cognitione, linguæ huius tirones facilè non possunt progredi. Reliqua parte 4. c.9. explicabimus.

Accentus igitur, generatim loquendo, duplex est, Grammaticus, & Rheticus. Grammatici permulti numerantur , quibus omnibus , quamcunque etiam figuram habeant , hoc commune est , quòd acuant syllabam, quam afficiunt, ut acutus Græcorum. Cæterùm ex eis tantùm quatuor notádi sunt, qui non solùm suam acuunt syllabam, sed etiam eâdem operâ orationem distinguút, ( quemadmodum apud Latinos punctum, colon, semicolon & cóma ) quamuis non semper hoc fungantur munere.

PRIMVS dicitur *Soph pasuc*, πρῶτος ησος qui infra literam scriptus, periodū seu integrām

sententiam orationis (instar puncti Latinorum) finit hac figura, i. vt in **דְּבָרָה** *verbum*. Quia tamen sēpē tantūm acuit syllabam, nec distinguit orationem, ideo quando distinguit, adduntur ei duo crassiora puncta hoc modo, **דְּבָרָה** *verbum*.

**SECVNDVS** *Athnach*, **אַתְנָחַ** qui item infra literam scriptus, orationis colon, seu membrum ibi esse ostendit, hac figura **דְּבָרָה**, aliquando tamen minori distinctioni seruit. **TERTIVS** est *Zakeph caton* **קָטֹן קָטָן**, qui supra literam positus semicolon vim habet, hac figura **דְּבָרָה**.

**QVARTVS** *Rewia*, **רְבִיעַ**, notatus item supra literam, minimis distinctionibus inseruit hac figura **דְּבָרָה**.

Rhetorici accentus sunt quatuor.

**PRIMVS** dicitur *Metheg*, **מְתֻגָּה**, cuius officium est retinere syllabam, ne celerius pronuncietur; & scribitur sub litera hac figura **בָּ**. Quomodo autem differat à soph pasuc, suo loco dicetur. **SECVNDVS** dicitur *Mazze*, **מְזָהָה**, cuius idem est officium, quod primi, & notatur supra literā hoc modo **בָּ**.

**TERTIVS**

TERTIVS dicitur *Gaaia*, גַּעְיָא, & retinet so-  
lum punctū scheua, cùm *Metheg* & *Mazze*  
alijs quoque punctis addantur : scribitur  
autem sic בָּ. Q V A R T V S dicitur *Maccaph*, מַקְפָּה, qui lineola trāsuersa tali - dictio-  
nes modò duas , modò tres inter se colli-  
gat, vt instar unius vocis uno accētu Grá-  
matico proferri possint , veluti עֲשִׂיתָ  
*Ma-asitha*, quid fecisti? בְּאֵל תָּאֵמָן - al-taamen-  
bo, ne credideris ei.

## A N N O T A T I O.

*Apud Hebreos singula vocabula suum ac-  
centum acutum habent , ijs duntaxat exceptis,  
quæ per Maccaph cum sequenti dictione coniun-  
guntur, ut paulò antè diximus. Quem quidem  
accentum si dictio habeat in ultima , ( ubi om-  
nium sepissime reperitur ) - vocatur breuis - vel  
Milra: si in penultima, dicitur longa - vel  
Milel , quas voces ex Chaldaicis radi-  
cibus Grammatici formarunt.*

INSTI



## INSTITUTIONVM

HEBRAICARVM

## PARS SECUNDÄ.

## DE NOMINE.

**P**ARTES ab Hebræis tantùm tres numerantur. NOME<sup>N</sup> וּשׁ, (cui Pronomen, בְּנֵי dictum, adiungitur) VERBVM, וְלִפְנֵי quod Participium quoque continet, & genera numerosq; cum nominibus communes habet. DICTIO, מְלֹת, quæ Aduerbia, Præpositiones, Coniunctiones, & interiectiones complectitur. Atque has tres partes ordine explicaturi initium faciemus à Nomine, prout ferè in aliarum etiam linguarum institutionibus fieri solet.

Nominis attributa tot ferè afferri possent, quot in aliis linguis. Sed nos ea tantùm prosequemur, quæ potissimum attendenda sunt, ut Genus, Numerus, Casus

sus, siue Declinatio, Status absolutus, Regimen, & Formatio nominum.

---

## C A P V T I.

*De Genere.*

**G**ENERA nominum Hebraicorum tria sunt, Masculinum, Fœmininum & Commune.

FOEMININA sunt I. Nomina Urbium, רׁוּמָה, Roma, נִינְוָה, Nine, דָמָשָׁק, Damascus. Regionum, יְהוּדָה, Judæa, מִצְרַיִם, Ægyptus, גָלִיל, Galilea, אַשְׁכָנָז, Germania, ut Rabini volunt. Membrorum, quæ natura sunt gemina, ut רֶגֶל pes, עֵינָן oculus. Et in trium horum nominibus nulla prorsus terminatio nis habetur ratiō.

II. Desinentia in ה, præcedente caiets, & accentu posito in ultima תֹּרְהָה lex, צְדָקָה iustitia. Excipe communia, de quibus mox.

III. Desinentia in ת, præcedente segol, chiric, aut schurec, אֲגִרְתָּה epistola, סְלִבְרָה sulphur, מְלֻכּוֹת regnum.

Com.

Communia, id est, quæ nunc masculina, nunc fœminina sub eadem terminazione reperiuntur, sunt fere nomina generum & specierum animalium, ut *בַּהֲמָה animal*, *עֵזֶר avis*, *חֹזֶר sus*, *בָּקָר bos*, & quædā alia, ut *שְׁאֵל ignis*, *רוּחַ spiritus*, *אָרֶץ terra*: *מִחְנָה castra*, *מִקְדָּשׁ locus*, *זְקָן barba*, *מִגְנָז clupeus*.

Masculina sunt reliqua, ut *סִפְר liber*, *שְׁלֵיחָן mensa*, *אוֹר lumen*, exceptis numeris cardinalibus, de quibus suo loco; & paucis quibusdam alijs, quæ terminatione masculina, genere fœminina sunt, ut *חרֵב gladius*, *אַבְןָן lapis*.

## ANNOTATIO.

*Neutro genere Hebræi carent, cuius tamē loco in adiectiis, quæ absolutè ponūtur, tum masculina, tū fœminina usurpāt.* Gen. 2.18. *לَا - טוֹב הַיּוֹת.* Gen. 2.18. *טֹב non est bonum esse hominē solū, Masculinū ponitur pro neutro.* Psal. 27.4 *שְׁאֵלָתִי מֵאַת יְהוָה אֶתְהָ אֶבְקָשׁ* *Domino, hoc requirā.* *אַחַת fœmininū usurpatur pro neutro.* Idē in pronominibus seruatur, *cuius exemplum etiam habetur in* *אֶתְתָּךְ hanc vel illam, quod hic itidē absolutè positū vides.*

CAP.

## C A P V T I I.

*Denumero.*

**N**Vmeri nominum sunt tres. Singula-  
ris, Dualis & Pluralis.

SINGVLARIS varias habet terminatio-  
nes, vt iam vidimus.

PLVRALIS masculinorum formatur in  
— ut שִׁיר canticum, שִׁירִים cātica. Quæ enim  
exeūt in יְהוָה, vt Prov. 3 1.3. מֶלֶכִים reges, & Dan.  
12.13. יּמִין dies, rariora sunt, Chaldaicām-  
que formam habent.

PLVRALIS fœmininorum, in תָּהַת, ut  
regina, reginæ. Ea tamē, quæ in singu-  
lari in תָּהַת, vel הַתָּהַת terminabantur, in plurali  
exeunt in יְהוָה, ut גְּפֻרִית sulphur, גְּפֻרִיות  
Regnum, מלכיות. Hic tamen etiam i mutas-  
tum est in Kibbutz.

DVALIS pro utroque genere vnā tan-  
tūm terminationem habet, nimirum —  
præcedente patach, vt יָד manus, fit  
& à יְד pes, fit רַגֵּל. Vsurpatur autē hic  
Dualis potissimum in membris naturā  
geminis, vt duo hæc exempla declarant,  
quamuis in alijs etiam quandoque repe-

riatur, ut שָׁנָה *annus*, בִּינְתַּיִם *biennium*. יְמִים *dies*, בִּידָּעָם *biduum*. Imò nec semper tantùm duas res significat, sed pro plurali etiam accipitur, *Zacha.* 4. 10. שְׁבָעָה עֵינִים *septem oculi*, & *Esa.* 6. 2. שְׁשָׁה כְּנֶפֶיִם *six alæ*.

## ANNOTATIO.

I. *Nomina specierum animalium* sàpe in singulari accipiuntur pluraliter, *instar collectiorum*, ut אָדָם *homo*, וּמְחֻמָּד *homines*. בָּקָר *bos*, וּבָוָה *boues*, וּכְךָ.

II. Quædam tantùm singularem numerum habent, पश्य caluunia, זָהָב aurum, עֲפָרָה plumbum. Quædam tātūm Dualē, ut שְׁמִים *cælum*. מִים *aqua*. רְחִיס *mola*. Quædam tantùm pluralem, בְּתוּלִים *vita*, וְvirginitas, יְקָנִים *pueritia*, זְקָנִים *senectus*, פְּנִים *vultus*, facies. Huc etiam spectant feminina finita in תְּסִרְעִילֶם literam, præcedente Segol אַפְּרַת epistola. טְרַת corona, diadema, וּsic cætera. Carent enim plurali regulariter formato, quem idcirco ab alia forma accipiunt, ut אַפְּרַת ab inusitato אַפְּרַת, Sic participia eiusdem terminationis, ut לְזֹמְרָת discens, proprio plurali carent, quem tamen ab altera forma

in ḥ, precedente Camets, mutuò accipiunt, vel  
si maius, communem habent, ut לְזַמְדָה לְזַמְרוֹת  
discens. Cæterum שֶׁת קָרְבָן arcus, in plurali facit  
קְשָׁתָות quia ḥ radicalē est.

III. Multa Masculinæ terminationis in plurali exeunt in ח, ut אֵב pater פָּקוֹד, אֲבֹת חָבֵר locus, אֲרָצָה gladius, מִקְומָתָה terra, חָרְבָה חָרְבָות c. Contrà multa fœminina terminatio-  
נָוִיָה columba, formica, apes, נְמִלָה  
דְּכָרִים דְּבוֹרָה, נְמִלִים נְמִלָה  
ft. c.

IV. Quædam in plurali habent utramque ter-  
minationē ח שְׁנָה annus, שְׁנִיָה שְׁנָה  
עַזְבָן, שְׁנָוֹת עַזְבָן, עַזְמָה exercitus,  
os, ossis, עַזְמָות עַזְבָא, עַזְבָא exercitus,  
עַזְבָאות עַזְבָא, unde toties Deus Sabaoth,  
id est, virtutum vel exercituum.

V. Desinentia in י, in plurali plerunque eu-  
phoniæ causa alterum Iod abijciunt, ut יהוֹרִי Iudæus, גְּזָוִי, גְּזָוִי alienigena, גְּנָבִרִי, גְּנָבִרִי alienigena, גְּנָבִרִי, גְּנָבִרִי, pro  
gens, יהוֹרִי, גְּנָבִרִי, גְּנָבִרִי, גְּנָבִרִי, c. Perdunt suum Iod in plurali, aliquando etiā alia  
non desinentia in י, ut צְדִיקָם iusti à iu-  
stus, נְשִׁיאָם, נְשִׁיאָם, princeps, pro  
נְשִׁיאִים צְדִיקִים.

## CAP V T III.

*De Casibus, sive Declinatione.*

**C**VM Hebraeorum nomina in quois numero sint indeclinabilia, eorum casus (qui sex rectè statui possunt) non ex terminatione, ut fit apud Græcos & Latinos, sed ex literis quibusdam seruilibus, velut articulis, à fronte præpositis cognoscuntur. Quare ut in Declinationibus alię linguæ summam, ita Hebraica nullam difficultatem habet. Qui enim quinque illius monosyllabos articulos, & trium numerorum terminationes nouerit, omnes omnium nominum, & participiorum casus obliquos nouerit. Sunt autem hi articuli. Genit. ה vel נִשׁ, Dat. לִ, Accus. תְּנָךְ, Vocat. עַ, Ablat. מִ, Nominatiuus raro habet articulum, nisi ה demonstrativum. Vtriusque generis nomina cum suis articulis proponamus.

PARA

P A R A D I G M A M A S C V-  
linum. תלמיד. Discipulus.

## Numerus.

## Singularis.

<i>Discipulus.</i>	תלמיד	<i>Nom.</i>
	התלמיד vel	<i>Gen.</i>
<i>Discipuli.</i>	של-תלמיד	
<i>Discipulo.</i>	לתלמיד	<i>Dat.</i>
<i>Discipulum.</i>	את- תלמיד	<i>Acc.</i>
ô <i>Discipule.</i>	התלמיד	<i>Voc.</i>
à <i>Discipulo.</i>	מתלמיד	<i>Abla.</i>

## Pluralis.

<i>Discipuli.</i>	תלמידים	<i>Nom.</i>
	התלמידים vel	<i>Gen.</i>
<i>Discipulorum.</i>	של- תלמידים	
<i>Discipulus.</i>	לתלמידים	<i>Dat.</i>
<i>Discipulos.</i>	את- תלמידים	<i>Acc.</i>
ô <i>Discipli.</i>	התלמידים	<i>Voc.</i>
à <i>Discipulis.</i>	מתלמידים	<i>Abl.</i>

**PARADIGMA FOEMI-**  
ninum תֹּורָה, lex.

Numerus.

Singularis.

<i>Lex.</i>	תֹּורָה	<i>Nom.</i>
	הַתֹּורָה	<i>Geni.</i>
<i>Legis.</i>	שְׁלֵת-תֹּורָה	
<i>Legi.</i>	לִתֹּורָה	<i>Dat.</i>
<i>Legem.</i>	אֶת-תֹּורָה	<i>Accu.</i>
ô <i>Lex.</i>	הַתֹּורָה	<i>Voca.</i>
à <i>Lege.</i>	מִתֹּורָה	<i>Abla.</i>

Pluralis.

<i>Leges.</i>	תֹּורֹות	<i>Nom.</i>
	הַתֹּורֹות	<i>Genitio.</i>
<i>Legum.</i>	שְׁלֵת-תֹּורֹות	
<i>Legibus.</i>	לִתֹּורֹות	<i>Dati.</i>
<i>Leges.</i>	אֶת-תֹּורֹות	<i>Actusati.</i>
ô <i>Leges.</i>	הַתֹּורֹות	<i>Vocati.</i>
à <i>Legibus.</i>	מִתֹּורֹות	<i>Ablati.</i>
		Eodem

Eodem planè modo adduntur articuli  
Duali numero, cuius exemplum breuitatis causa, nullum ponimus.

## A N N O T A T I O.

I. Hi articuli (qui omnibus & generibus & numeris communes sunt) non semper nominibus præponuntur, sed, omissis illis, nominum casus perspè tantum ex constructione, sensuq; orationis cognoscendi sunt, ut &c in vocibus Latinorum indeclinabilibus, frugi, nauci, &c fieri solet.

II. Iisdem casibus ijdem articuli non perpetuo inseruiunt. Nam ה non solum Genitium, sed cæteros etiam omnes quandoque denotat ל etiam Nominatio, Genitio & accusatio iungitur. אֵת aliquando etiam Datium & Ablativum designat, Sine Macroph plerunque habet

Tsere, ut דבר את; Et מ, quia ponitur pro integra propositione מון, hoc abiectæ literæ נ, requirit מן דבר pro מדבר Dagesch, ut מן דבר pro מדבר Quod si sequens litera sit gutturalis, aut ר, postulat plerunque tsere pro chiric paruo, מעיר ex urbe, מרגל ex pede. Sed de מ plura infra parte 4. cap. 6. של Rabbinicum est, & quando iungitur pronominibus ל incipientibas, est relativum

ל prius ex Dagesch, quod alioquin ponendum esset (ut constat ex pag. 241.) prouenit, significatque יהו, v.g. quod, vel quae ipsius, vel ipsi, subaudi est, vel sunt.

## C A P V T I V.

## De statu absoluto et regimine.

**S**tatum nominis Absolutum vocant Hebræi, quando nullum post se habet Genitiuum siue illud nomen solum ponatur, ut דבר, siue quæcunque alia vox sequatur דבר ראי verbum elegans. דבר perit. Nomen vero in Regimine esse dicitur, seu coniunctum, cum aliud nomen sequens per genitium, vel aliud obliquum explicatur, ut דבר נביא verbum prophetæ. דבר נביא verba prophetarum. Hic sunt in regimine, adeoque regunt. נביא vero & נביא genitiui sunt, licet articulo careant.

Atque hoc quidem, si Syntax in spectes, aliis item linguis commune est; illud, huic proprium, quod apud Hebraeos dictio Regens, modo in literis

teris, modo in punctis, modo in utrisque mutationem patiatur: ea vero quae regitur, invariata maneat. Contrarium fit apud Latinos. Quando enim prophetæ verbum tribuo, non dico, verbi propheta, sed verbum prophetæ, mutata dictione, quæ regitur à voce verbum; manente vero ea, quæ regit, scilicet verbum.

Sed iam quomodo, quāmque mutationem in utroque genere Regimen Hebraicum efficiat, explicemus.

Masculina singularis numeri ob Regimen mutant plerunque puncta longa in breuia, ut בְּרֵד verbum, in statu absoluto. In Regimine דָבָר נָבִיא verbum prophetæ. In Plurali autem abiiciunt ס, & tunc Iod quiescit in tsere, ut דָבְרִים verba status absoluti. In regimine, דָבְרִי נָבִיאוּם verba prophetarum. Idem fit in Duali עַיִנִים oculi. In regimine עַיִנִים oculi columbarum.

Fœminina singularis numeri, quæ terminantur in ה, præcedente camets, mutant in Regimine ה in ת, & proximum camets in patach, ut מִלְפָחָה Regina, in regimine, מִלְכָת שְׁמִינִים Regina cœli. Quæ vero

Pars Secunda,  
 in **תְּ** exeunt, nihil mutant **מַלְכֹות regnum**, in  
 regimine eodem modo, **מַלְכֹות שָׁמַיִם regnum cælorum.** In plurali denique fœmina-  
 na in **תֵּי** vel **תֵּי** desinentia, ob regimen  
 nullam mutant literam. Cætera, quæ ad  
 mutationem punctorum pertinent, par-  
 te 4. cap. 3. fusiùs, commodiùsque explica-  
 bimus.

### APPENDIX.

*Comparatiuos & superlatiuos, variatis po-  
 sitiui terminationibus, hæc lingua non habet, sed  
 circumloquitur illos per quasdam particulas  
 posituo additas, quemadmodum Latini quoque  
 in nonnullis, (ut idoneus, industrius) facere  
 consueuerunt.*

*COMPARATIVI particula est **מִן**, præ (vel  
 litera **בְּ** pro **מִן** posita, ut dictum est pag. 37.)  
 Prou. 3. 15. sapientia **יְקָרָה הִיא מְפִנִינִי** pre-  
 tiosa ipsa (est) præ gemmis, hoc est, pretio-  
 sior gemmis.*

*SUPERLATIVVS verò exprimitur per two-  
 cem **מִאֵד** valde, ut Num. 12. 3. Moses  
 עֲנָנוּ מִאֵד mitis valde, id est, mitissimus. Verum de his  
 gradibus agendum fusiùs parte 5.c.i.n.ii. & 12.*

CAPVT

## C A P V T . V.

*De varijs Nominum formis,  
seu Diuisionibus.*

I. **N**OMINA apud Hebræos, ut etiam apud alias gentes, alia sunt PROPRIA, ut אַבְרָהָם Abraham, אֶחָד Isaac, יַעֲקֹב Jacob. Alia APPELLATIVA, ut אֵבֶן pater, נָبָיא propheta. In his nihil aliud notandum occurrit, quam quod propria carent plurali numero, genitiui Regimine, ה demonstratio, & pronominibus affixis, de quibus infrà suo loco.

II. Alia sunt SUBSTANTIVA ut בית domus, רִגֵּל pes. Alia ADJECTIVA, ut חָכָם sapiens, נָבֵל stultus. Ex his vocant Hebræi תָּאָר, id est *formale*, omne nomen, quod de masculino moueri potest in fœmininum, siue illud sit substantium, siue adiectum propriè dictum. Huiusmodi autem formatio fœminina sit per additionem literæ ה, & nonnullam quandoque punctorum mutationem, ut אִישׁ vir, אִשָּׂא mulier,

C 5 vnde

vnde Gen. 2. 23. hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est. שֶׁר cantor, שָׁרָה cantatrix. מלכה prophetissa, נָבִיאה Rex propheta, נָבִיא regina, &c. & sic pure Adiectiva גְּדוֹלָה magnus, טוֹב bonus, טוֹבָה bona. גְּשֻׁעָה impius, גְּשֻׁעָה impia.

Fœminina verò à Masculinis in desinentibus formata, non tantum recipiunt h præcedente camets, sed etiam ת, vt ab יְהוּדִי Hebraeus, עֲבָרִית & עֲבָרִיה, Hebrew. à יְהוּדִי Hebræa. à נְכָרִי Judæus, יְהוּדִית & יְהוּדִיה, Iudea. Sic à alienus נְכָרִי & נְכָרִיה, aliena. Sed forma in ת ferè aduerbialiter accipitur, vt עֲבָרִית Hebrew, & sic de similibus.

III. Alia sunt PRIMITIVA, alia DERIVATIVA. Primitiua dicuntur, quæ non deducuntur aliunde, sed ex quibus derivantur alia, cùm ipsam radicem contineat. Vocatur autem Radix, illa vox (cuiuscunque sit partis) vnde formantur aliæ. Ea in Lexicis Hebraicis initio maiusculis notatur, & constat plerunque tribus tantum literis.

DERIVATIVA dicuntur, quæ à primaria illa

illa voce seu Radice descendunt. e. g. hoc vocabulum, **הַנּוֹל vexillum**, primitiuū est cùm à nullo alio oriatur. Illius verò derivatiua sunt **הַגְּנוֹל** **כִּנְגָּלוֹת vexillū erexit**, & quasi **vexillatus**, id est, *insignis*. **כִּנְגָּלוֹת castra cum vexillis**.

**IV.** Alia sunt nomina **PERFECTA**, alia **IMPERFECTA**. **PERFECTA** sunt in quibus tres radicales literæ cernuntur, siue illa solis literis radicalibus constent, vt **יָנָן auris**, **דְּבָר verbum**; siue etiam aliæ literæ præter Radicales accedant, vt **טֹרֶת incensum**, **תְּפִירָת decor**. In priore **ת**, in posteriore **duo ת ad radicē accesserunt**. **IMPERFECTA** sunt, quæ vel vnam radicalem literam suppressam habent **עַטְּבָן planta**, à **עַטְּבָן plantauit**. Vel duas, vt **מְהֻתָּה donum**, à **מְהֻתָּה dedit**. In **עַטְּבָן מְהֻתָּה** enim supprimitur vnum radicale, in **מְהֻתָּה** verò vtrunque.

**V.** Alia simplicis, alia compositæ figuræ sunt. Compositorum in nominibus propriis maximus est numerus, vt **עַמְנֹאֵל Emmanuel**, ex **עַמְנוֹ nobiscum**, & **אל Deus**. **מֶלֶךְ Melchisedec**. ex **מֶלֶךְ rex**, & **צְדָקָה iustitia**.

*stitia, &c.* In appellatiis pauciora sunt, ut  
מִות צְלָמוֹת *umbra mortis*, ex צָלֵל *umbra*, &  
מָרָס. בְּלַיְעַל *impius, rebellis, vel impietas, re-*  
*bellio* ex בְּלֵי *absque, & לְיַ*, quodcum chô-  
lem iugum significat. עֲזָזָל *Leuit. 16. 8.*  
*caper emissarius. ex יַ* *caper* וְאַל re-  
cessit.

## A N N O T A T I O.

*Deriuatiuia nomina à suis primitiuis, auxiliis literarum, quæ hac voce האמנתי credidi, continentur, ferè deduci, formarique solent. Hæ autem literæ ab hoc ipso vocabulo Hebraico passim appellantur Heemanticæ: ex quibus sæpe ad radicem una superadditur interdum duæ, idque modò initio, modò in fine, ut exempla ostendent. Sed iam de singulis literis Heemanticis seu formatiuis agamus.*

נַ, imperfectis interdum preponitur. *Esth.*  
4.14. הַלְּבָרָה *liberatio, à נַצֵּל liberavit,*  
*agnitio, à נַכְרָה agnouit:* הַוְסָד *fundame-*  
*tum, dispositio, 2. Paral. 3. 3. à יְסָד fundauit.*  
*Perfectis vix unquam. Idem נַ, in fine nomi-*  
*nium, aut constituit fæmininum genus, קְרָקָחָה*  
*iustitia,*

iustitia, aut est paragogicum, de quo infra.

א, cum Segol, aut Patach, tantum dictionem incipit, ut יְצַבָּע digitus, quo pingimus et operamur, et יְצַבֵּעَ tinxit. אֲכֹז crudelis. Porro in lingua Hebraica vix semel dictionem claudit, ut נְחָתָה festiuitas, pauor. Isai. 19.17. in Chaldaica autem saepissime, ut מֶרְאָה Dominus. פִּיפָּא petra. מְפֻזָּנָה opes, diuitiae, דְּמָא sanguis. טְלִיתָה puella.

ם, præponitur, et sub se chiric, aut patach, aut segol requirit, ut מְזֻמָּר psalmus, מְלֻבָּש vestis, מְרֻכָּב ephippium, stratum. In calce rarius additur radici, שְׁלֵשָׁו nudius tertius. רִיקָּס, חָנָס redemptio. סְדִירָס sunt etiam nomina, sed aduerbiascunt, illud gratis, istud inaniter significat.

נ, præponitur, cum format nomina propria, Nemrod, et מְרֹוד defecit, deseruit. Nephtali נֵפְתָּלִי comparauit. Postponitur autem cum format cætera, זְכָרוֹן recor-datio, רַעֲבָנוֹן fames.

ת præponitur, et habet sub se chiric, aut patach, תְּפִאָה decor, תלמיד discipulus. Saepius etiam postponitur, מְלֻכָּות regnum sanitas,

Pars secunda,  
nitas, **שנית**, secunda. *Quædam* **ת** utrinque  
admittunt, **תלבשת** vestis, **תפארת** decor. In-  
terdum **ת** etiam scheua habet, **תלה** laus.

1. Sæpe præponitur, cùm format nomina pro-  
pria **וישעיהו** Iesus, ab **וישעיהו** saluauit, pro quo  
dicitur etiam contractè **יעשו**. **ברוך** Isaac, à **ברוך**  
risit, **ברוך** Iacob, à **ברוך** supplantauit, **יווחנן**,  
**יוחנן** Ioannes, à **חנן** misericordiâ seu gratia pro-  
secutus est. Initio appellatiuorum rariùs præ-  
ponitur, **ילקוט** pera, **סאculus**, **יעחר** oleum.  
Cæterùm quando in fine ponitur, 1. format Gen-  
tilia **ברכי** Hebræus, **יווני**, Græcus, **רומי** Ro-  
manus, **איטלקי** Italus; Rabbinorum vox à  
Latinis accepta. Sic **משיח** Christianus, à  
**משיח** Christus. Verùm à **יהודים** Christum Do-  
minum perfidè negantibus Christianus ple-  
runque appellatur **נוצרי** Nazarenus, à  
ciuitate Galileæ. 2. format Numeralia ordi-  
nalía **שנוי** secundus, **שלישי** tertius, &c. 3.  
Quædā præterea adiectiva **נכרי** alienus,  
cruelis. Numeralia, licet sub nominibus com-  
prehendantur, habita tamen dissentium ratio-  
ne, illa cum notis Arithmeticis in quarta parte  
explicanda duximus.

## CAPVT VI.

*De Pronomine.*

**Q**VINTVPLEX Hebræis Pronomé est, primitium, Deriuatiuum seu Possessiuum, Demonstratiuum, Relatiuum, & Interrogatiuum.

## PRIMITIVVM.

Primitiuum per tres personas separatim ita inflectitur.

*Prima persona generis Communis.*

## Pluralis.

## Singularis.

Nos,	נוּחָנוּ	אַנְחָנוּ	Ego	אֶנְכִּי	vel	אָנָּי	Nom.
Nostrū.	שְׁלֹנוּ	שְׁלֹנוּ	mei,			שְׁלֹי	Gen.
Nobis,	לְנוּ	לְנוּ	mibi,			לִי	Dat.
Nos,	אוֹתָנוּ	אוֹתָנוּ	me,			אוֹתִי	Acc.
à nobis.	מִפְנָנוּ	מִפְנָנוּ	à me.			מִפְנֵי	Abl.

*Secunda persona*

Fœminina. SINGVLARIS. Masculina.

את	Tu,	אתה	Nom.
שלך	tui,	שלך	Gen.
לך	tibi,	לך	Dat.
אותך	te	אותך	Acc.
מִפְנֶךָ	à te.	מִפְנֶךָ	Abl.

Fœmi

אתֶן	vos,	אתָם	Nom.
שְׁלַכְנָה	vestrum,	שְׁלַכְנָם	Gen.
לְכוֹן	vobis,	לְכוֹן	Dat.
אֲתִיכָן	vos,	אֲתִיכָם	Acc.
מְפֻכָן	à vobis.	מְפֻכָם	Abl.

## Tertia persona.

Fœmina. SINGVLARIS. Masculina.

ILLA,	הִיא	Nom.	ILLE	הֵוָא
ILLIUS,	שְׁלֹה	Geni.	ILLIUS,	שְׁלֹוּ
ILLI	לְהָ	Dat.	ILLI,	לוּ
ILLAM,	אוֹתָהָ	Accu.	ILLUM,	אוֹתוּ
ab illa.	מְפֻנָה	Abla.	ab illo,	מְפֻנָוּ

## PLVRALIS.

ILLÆ,	הַן	Nom.	ILLI,	הָם
ILLARUM,	שְׁלֹהָן	Geni.	ILLORÜ,	שְׁלֹהָם
ILLIS,	לְהָן	Dat.	ILLIS,	לְהָם
ILLAS,	אוֹתָן	Accu.	ILLOS,	אוֹתָם
Ab illis.	מְהָן	Abla.	ab illis.	מְהָם

## ANNOTATIO.

- I. Ex his omnibus solum Pronomen Nominationum separatum siue integrum habetur. Obliqui enim componuntur ex articulis, & ultimis literis pronominis, ut quisque facile collegerit.

gerit. וְשָׁלֹן. Et similes casus per וּformati non sunt propriè genitiui, sed periphrases ad possessionem significandam, ut etiam suprà insinuatum, quæ tamen per affixa (de quibus hoc capite agemus) melius & frequentius exprimuntur. Dicimus enim potius יְדוֹ manus mea, quam וְשָׁלֹן manus quæ mihi. לִי potest etiam accipi pro genitiuo Graeco μή, ut Ionæ 2.3. קְרָאתִי. מֵצֶרֶת לִי clamaui in angustia mea, quod cum affixo dicitur בְּצֶרֶת. Vocatum in pronomini- bus omisimus, quia in prima & tertia persona non reperitur, in secunda verò ubique similis est nominatio.

II. Reperiuntur quandoque etiam alij Pronominum casus literis, vel punctis diuersi; quod plerunque propter accentus distinguentes accedit. Hinc in prima persona masculini fere dicimus אַנְכִּי. In ablativo legimus מִנִּי. In ablativo plurali נַחֲנוּ nos. Secunda persona Masc. cum ijsdem accentibus saepius אַתָּה habet. In dativo ob eosdem accentus לְךָ sic non differt à fœminino. Prætereat recipit הַלְכָה tibi, ut וְAccusatiuus ipsius אַתְּכָה te pro quo interdum אַתְּךָ. In Ablativo plurali מַפְּנֵיכֶם & in fœmi-

nino מִבְנֵי à vobis. In nominatiuo plurali generis  
 fæminini אַתָּנָה vos. Et in datiuo לְכָנָה pro  
 vobis. In tertia personæ ablatiuo mascul. inue-  
 nitur etiam מִבְנֵו, & מִבְנֵה item Psalm.68.  
 24. ab illo. In plurali הַמֶּה illi Ⓛ חֲנָה illæ. In  
 Dat.gen.masc. Ⓛ fæm. לְמֹזְעָה illis. In abla-  
 tiuo generis masculini מִהְמָה illis, Ⓛ generis  
 fæm. מִהְמָה illis.

## POSSESSIVVM.

Possessiua Pronomina ( quæ & Deri-  
 uatiua vocauimus ) integra , & separata  
 more Latinorum, *Meus, Tuus, Suus, Noster,*  
*Vester, &c.* Hebræi non habent, sed ea  
 non minore cum breuitate , quâm artifi-  
 cio huic linguae proprio ex ultimis literis,  
 vel syllabis Primitiuorum ( prout in eo-  
 rundem obliquis fieri paulò antè dixi-  
 mus ) formare solent. Quæ cùm fini di-  
 ctionum ad significandam possessionem  
 affigantur , à Grammaticis *affixa* vocari  
 cœperunt.

Porro sicut prima persona Pronomi-  
 nis Communis generis est, secunda verò,  
 & tertia utrumque genus proprium ha-  
 bet.

bet : ita etiā affixa, quæ ex his tribus personis efficiuntur. Sed iam pleniori affixorum explicatione in quartam Institutum nostrarum partem consultò reiectâ, tironibus, utriusque generis nomina, cum suis affixis possessionem significantibus, proponemus, initio facto à persona tercia, eò quod hic ordo in coniugationibus verborum seruetur.

## PARADIGMA MASCULI- num cum affixis.

Plurale	<b>תַּלְמִידִים</b>	Singulare	<b>תַּלְמִידִוּ</b>
Discipuli.	Discipuli.	Discipulus.	Discipulus.
Discipuli erūs, f.	Discipuli eius, m.	Discipulus eius, f.	Discipulus eius, m.
תַּלְמִידִה	<b>תַּלְמִידָוּ</b>	תַּלְמִידָה	<b>תַּלְמִידָוּ</b>
Discipuli earum.	Discipuli eorum.	Discipulus earum.	Discipulus eorum.
תַּלְמִידִים תַּלְמִידִין		תַּלְמִידִן	<b>תַּלְמִידִם</b>
Discipuli tui, f.	Discipuli tui, m.	Discipulus tuus, f.	Discipulus tuus, m.
תַּלְמִידִך	<b>תַּלְמִידִיךְ</b>	תַּלְמִידִך	<b>תַּלְמִידִיךְ</b>
Discipuli vestri, f.	Discipuli vestri, m.	Discipulus vester, f.	Discipulus vester, m.
תַּלְמִידִיכְם	<b>תַּלְמִידִיכְם</b>	תַּלְמִידִיכְם	<b>תַּלְמִידִיכְם</b>
Discipuli nostrī, c.	Discipuli mei.	Discipulus nostrī, c.	Discipulus meus.
תַּלְמִידִינוּ	<b>תַּלְמִידִינוּ</b>	תַּלְמִידִנוּ	<b>תַּלְמִידִינוּ</b>

PARAGDIGMA FOEMI-  
ninum cum affixis.

Plurale.	תֹּרְרוֹתִים Leges.	Singulare	תֹּרָה Lex.
Leges eius f.	Leges eius, m.	Lex eius, f.	Lex eius, m.
תֹּרְרוֹתֵיהֶן	תֹּרְרוֹתִיּוֹת	תֹּרְרוֹתָה	תֹּרְרוֹתָה
Leges eorum m.	Leges eorum	Lex eorum.	ex eorum.
תֹּרְרוֹתֵיהֶם	תֹּרְרוֹתִיהָה	תֹּרְרוֹתָם	תֹּרְרוֹתָן
Leges tuae f.	Leges tuae, m.	Lex tuae, f.	ex tuae, m.
תֹּרְרוֹתֵיךְ	תֹּרְרוֹתִיךְ	תֹּרְרוֹתֶךָ	תֹּרְרוֹתֶךָ
Leges vestrae f.	Leges v.m.	Lex vestrae, f.	ex vestrae, m.
תֹּרְרוֹתֵיכֶן	תֹּרְרוֹתִיכֶן	תֹּרְרוֹתְכֶן	תֹּרְרוֹתְכֶן
Leges nostra c.	Leges mea	Lex nostra, c.	Lex mea.
תֹּרְרוֹתֵינוּ	תֹּרְרוֹתִינוּ	תֹּרְרוֹתַנוּ	תֹּרְרוֹתַנוּ

ANNOTATIO.

In his duobus paradigmatis saepius relegendis, ut memoriae firmius mandentur, bis terue describendis, huius linguae studiosus sese initio impigne exercebit. Ita enim perdiscet naturam, punctuationem, & significationem affixorum, quae si quicquam aliud, in omnibus orationis partibus latissime patent.

DEMONSTRATIVVM.

Demonstrativa sunt הֵן, hic iste. (quod etiam pro tali accipitur, ut Isa. 23.13) זוּ הֵן, hæc, ista, fæ. sing. Communis generis est זוּ, hic

hic & hæc. In numero autem plurali communis item generis est אלהי & אלהים hi, isti, hæc, istæ. quæ videntur etiam aliquando sumi pro singulari, ut Genes. 35. v. 7. 2. Paralip 3. 3.

## RELATIVVM.

Relatiuum est אשר quod utriusque generi, & omnibus casibus, & numeris inseruit. Significat enim, qui, que, cuius, quorum, quarum, quibus, &c. etiam מִה relative sumitur Num. 23. v. 3. וְ 23.

## INTERROGATIVVM.

Interrogatiua sunt מַה, מָה, quis? (item quantus, si quis seu quisquis) quæ? utriusque generis, & trium numerorum. מִferme de solo homine interrogat, reliqua tria de quacunque re. Inuenitur & מִ vt Ps. 61. 8. & Exodi 16. 15. ubi admirabundi de manna dicunt: מַן הוּא quid hoc?

## ANNOTATIO.

I. Demonstratiua, Relatiuum, & Interrogatiua ad formandos ex se obliquos, articulos more nominum admittunt לֹזֶה huic אֶת־זֹה hunc, מִזֶּה ab hoc: Sic לאלהי his, אלהים אֶת־הָס hos, has. מאלהי ab his. לאשר cui, quibus. אֶת־אֲשֶׁר quem,

quem, quam, quos, quas. מִשְׁרָא à quo, à qua, à quibus. לְמַיְן cuius? cui? quorum? quarum? quibus? מִתְמַיְן quem? quam? quos? quas? מִתְמַיְן à quo? à qua? à quibus? *C*  
sic de cæteris interrogatiis.

II. Loco אֲשֶׁר Relatiui sæpè ponitur sola litera ו, de qua plura infrà. Interdum etiam Demonstratiua הֵי, וֵי, ut Psal. 104. 8. in locum quem fundasti eis. אֶל-מָקוֹם וּה יִסְרַת לְהַסְבָּדָה

III. Quando post מִי, מִתְמַיְן, מִתְמַיְן ponitur אֲשֶׁר vel ו, tunc illud מִתְמַיְן vel מִתְמַיְן explicandū est per is, ea: non relatiue per quis, quæ. Ut מִי אֲשֶׁר לִמְדָה, is, qui didicit. מִתְמַיְן id, quod fuit. Eccles. 1. 9.

IV. Reciprocis, sui ו suus, Hebrei carent. Horum verò loco utuntur affixis tertiae personæ, ut dicetur in parte 5.

## INSTITV

**INSTITUTIONVM  
HEBRAICARVM****PARS TERTIA.****DE VERBO.****CAPVT. I.**

*De ijs, quæ verbo accidentunt.*

**V**ERBO in vniuersum accidentunt se-  
ptem. Genus, Numerus, Persona,  
Modus, Tempus, Forma, Coniugatio.

GENVS verborum quadruplex est; Acti-  
uum, Passuum, Neutrūm, Commūne.  
Præter hoc genus reperitur etiam aliud,  
quod sexum in verbis discernit, perinde  
ut in Nominibus; & triplex est: Masculi-  
num, Fœmininum, & Commūne: særissi-  
mè autē ex verbis cognoscitur, cuiusnam  
generis sint ipsa nomina. Porro ad diffe-  
rentiam, prius genus à nonnullis appellat-  
ur *verbale*, posterius *nominale*.

NYMERI, in verbis tantūm duo sunt,

Singularis & pluralis , qui loco Dualis quoque usurpari solet, ut apud Latinos.

PERSONÆ sunt tres, Tertia, Secúda, Prima. Incipiunt autem Hebrei à tertia, quod ea plerunque contineat Radicem , à qua deinde cæteræ voces per additionē quarundam literarum (quæ ferè ex Pronominibus corruptis sunt sumptæ) facile deducuntur, ut Paradigma ostendet. Porro prima persona semper est generis communis, ut & præteriti tertia pluralis: Reliquis personis propria genera attribuuntur.

MODI, propriè loquendo sunt tres, Indicatiuus, Imperatiuus, & Infinitiuus, per quos Hebræi eadem efferunt, quæ Latini per quinque. Si enim Indicatiui temporibus addas dictiones optandi לֹא, אַחֲלִי, וְתִינָם, habebis Optatiuū , qui etiam per futurum sine his particulis exprimitur, ut Gen.27.28. & alibi. Si אֵנָס, יְכֻם, aut alias voces simile quid significantes , ijsdem præponas, Cōiunctiuus erit: quem tamen non minus frequenter per Gerundia exprimunt, de quibus sequente capite.

II. IMPERATIVVS solùm secundas perso-  
nas vtriusque generis in vtroque numero  
continet.

III. INFINITIVVS nullius est certi tempo-  
ris, generis, numeri, vel personæ. Vocatur,  
~~רַבְבָּה~~, *fons*, quòd significandi modus ab eo  
fluat, & in diuersos numeros, personas &  
tempora discriminetur, sub quo & Ge-  
rundium comprehenditur.

TEMPORA numerátur tria. Præteritum,  
Præsens & Futurum. Præteritum עֶבֶר pri-  
mo loco ponitur, quòd ipsam Radicem, à  
qua cætera omnia deinceps formantur,  
contineat. Explicatur autem quandoque  
per imperfetum, vel plusquam perfe-  
ctum, vel etiam futurum, maximè si vau  
conuersuum habet.

Præsens in Benoni & Paul continet.  
BENONI בֵּנֹנִי, id est, *Intermedium*, videlicet  
inter præteriti & futuri significationem,  
est participium actiuum, ut מְסֻר tradens,  
per quod Hebrei verbum præsentis tem-  
poris (quo carent) circumloqui solent, ut  
suo loco videbimus; & nonnunquam pro-

præterito imperfecto, imò & perfecto usurpant. Sæpè etiam accipitur substantiue pro nomine verbali, sine vlla temporis notatione, שׁומר custos, טַפְּשׁוּן index.

PAVL ἡγεμόνιος itidem presentis & imperfecti temporis designat rem iam agi cœpisse, quæ etiamnum fiat, ut νέων ταπulans qui percutitur: imò etiam perfectum. Latini hoc ferè non nisi per participium præteriti temporis, optimè verò Græci per participium passuum præsens explicare possunt. Nomen desumpsit ab antiquo paradigmate, perinde ac si nos participium passuum appellaremus *Amatus*. Sæpè autem ponatur pronome verbali seu participiali, sine vlla certi temporis adsignificatione, ut זיכור memor, שָׁכֹונֶה habitator, מִתְּרוּן astutus.

FUTVRVM, vocatur מִתְּחִיד, id est, *paratum*, quod res futura iam parata sit, ut fiat. Hoc verò tempus ut frequentissimum, ita maximè varium usum habet. Sæpè enim accipitur pro præterito. Interdum pro imperfecto: interdum pro præsenti, quando nimirum continuatio quædam actionis indica

indicatur. Denique non raro pro imperatiuo tertiae personae utriusque numeri, & primae pluralis, cum his Imperatiui personis Hebrei careant.

FORMA verborum duplex est. Alia enim perfecta sunt, alia imperfecta. Perfecta sunt, quae tres suas literas Radicales inter coniugandum ubique retinent. Imperfecta vero illa, quae vel ex tribus illis unam amittunt, vel constant pluribus literis quam tribus.

CONIVGATIO Hebreis propriè non est nisi una, cum omnia verba, si terminacionem species, eodem modo inflectantur. Verum quia haec ipsa Coniugatio (quantum ad significationem, & primas presentim syllabas) octo modis variatur, qui Coniugationes appellantur, maioris distinctionis gratia, octo etiam Coniugationes admittemus, nimirum Paal, vel (& quidem nunc usitatius) Kal, Niphal, Piel, Pual, Poel, Hiphil, Hophal, Hithpael. Quae nomen suum habent ab antiquo Paradigmate *byz operatus est;*  
perinde

, perinde ac si nos Latinorum p̄imam vocaremus, AMO, secundam AMOR, &c.

Porro ex hoc Paradigmate id solūm usus loquendi sibi retinuit, ut prima litera cuiusque Radicis appelletur א, Pe, secunda y Aijn, tertia ל Lamed, seruato videlicet eo ordine, quo hæ tres literæ in hoc verbo לְיַהּ collocatæ sunt. Quæ tres litterarum Radicalium appellationes, cùm ubique magnum usum habeant, studiosis diligenter notandæ erunt. Cùm autem omnes Coniugationes utriusque formæ verbis communes sint, earum naturam, differentiam, usum, regulas in Perfectis potissimum declarabimus; nō solūm quia de Perfectis priùs ordine agendum est, sed etiam quia illis cognitis, Imperfecta facilius addiscuntur.

## C A P V T II.

### *De Coniugatione, K A L.*

**H**Æc coniugatio לְ, Kal, id est, leuis seu expedita vocatur, quod nullam initio

initio Præteriti literam addititiā habeat, nec grauetur puncto Dagesch forti in secunda Radicali. Continet verba partim absoluta, ut עֲמָר fletit, partim transitiva, ut שְׁמַר custodivit. Cæterūm pro verborum Perfectorum paradigmate tam in hac conjugatione, quam in sequentibus delegimus verbum מסֵר tradidit, quod præ aliis commodum & facile visum fuerit.

## INDICATIVVS.

Præteritum.

Numeri SINGVLARIS.

<span style="font-size: 2em;">פָּסֶר</span> <span style="font-size: 1.5em;">masr</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>	<span style="font-size: 1.5em;">מִסְרָה</span> <span style="font-size: 1.2em;">misrah</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>	<span style="font-size: 1.5em;">מִסְרָה</span> <span style="font-size: 1.2em;">misrah</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>	<span style="font-size: 1.5em;">מִסְרָה</span> <span style="font-size: 1.2em;">misrah</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>
	3. Pers.	3. Pers.	3. Pers.
	Tradidit.	Tradidit masc.	Tradidit.
			majer
			masr
			misrah

Numeri PLVRALIS.

<span style="font-size: 2em;">פָּסְרוּ</span> <span style="font-size: 1.5em;">masro</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>	<span style="font-size: 1.5em;">מִסְרָתָם</span> <span style="font-size: 1.2em;">misrathem</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>	<span style="font-size: 1.5em;">מִסְרָתָם</span> <span style="font-size: 1.2em;">misrathem</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>
	3. Pers.	3. Pers.
	Tradiderunt.c.	Tradiderunt.c.
		misrathem

BENONI

<span style="font-size: 2em;">פָּרָעָה</span> <span style="font-size: 1.5em;">parah</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>	<span style="font-size: 2em;">פָּרָעָה</span> <span style="font-size: 1.5em;">parah</span> <span style="font-size: 1.2em;">f.</span>
Plurak.	Singular.

<span style="font-size: 2em;">מְזֻסֶּרֶת</span> <span style="font-size: 1.5em;">mussarot</span> <span style="font-size: 1.2em;">fæm.</span>	<span style="font-size: 2em;">מְזֻסֶּרֶת</span> <span style="font-size: 1.5em;">mussarot</span> <span style="font-size: 1.2em;">fæm.</span>
Tradentes.	Tradæs.
	vel
	PAVL

Plural.

Traditi. מסורו

Traditæ. מסורות

Singul.

Traditus.

Tradita.

F V T V R V M.

Num. Singul.

f. { Tradet. מסור 3. Pers. Tradet. masf. ימסור  
 Trades. מסורי 2. Pers. Trades. m. המסור  
                                   1. Pers. Tradam. c. אמסור

Num. Plural.

f. { Tradet ותמסורה ; תמסורה Pers. Tradent. m. ימסרו  
 Tradetis. תמסורה 2. Pers. Tradetis. m. תמסרו  
                                   1. Pers. Trademus. c. נמסור

I M P E R A T I V V S.

Tradite.	{	Mascul. מסרו	Trade.	{
		Fæm. מסורה		

I N F I N I T I V V S.

Tradere. מסור vel מסור

tradere... למסור

G E R V N D I A.

A tradendo. Ad tradendum. Secundum tradendum. In tradendo.

ממסור	למסור	במסור	במסור
			ANNO

## A N N O T A T I O.

In hoc paradigmate, & alijs sequentibus non tantum eæ literæ, quæ vel ab initio, vel in fine radicalibus adduntur, sed etiam singularum literarum puncta sedulò obseruanda sunt. Paradigmata enim discēntibus instar regularum esse debent. Quoniam verò multæ anomaliæ & exceptiones exceptionum multū retardare solent progressum, idcirco non paucas studio reiecimus in caput de literarum punctorumque mutationibus. Quæ igitur hic & in sequentibus coniugationum formis desiderari videbuntur, ibidem pleraque reperientur.

## D E P R A T E R I T O.

I. Tertia persona, quæ est ipsa Radix vel Thema, tres habet punctorum formas. Prima est, cum - & -, ut מְסֻרָה. Hæc verborum est communis. Secunda cum - & -, ut יִפְרַח, & coniugatur eodem modo, quo prima, תִּזְקַנֵּת, וְקַנְתָּה, excepto Benoni, de quo paulo pōst. Tertia forma, cum - & i, ut יִכְלֹל potuit. Hæc rarissima est, & retinet ubique suum cholem in præterito יִכְלֹלְתָּה, præterquam in tertia persona fæmin.

fœmin. יְכַלּוּ potuit, & tertia plurali יְכָלָה potuerunt.

II. Fœminea singularis sub vltima Radicis y vel n, habebit patach pro scheua. לִקְחָתִי accepisti, תִּשְׁמַעֲשָׂנִי audiuisti.

## DE BENONI. • •

I. Benoni sæpè habet cholem sine vau, עַמְרָן stans, לְמַד discens.

II. In verbis secundam formam præteriti habentibus, Benoni à præterito voce non distinguitur, vt דָּבָק adhæsit & adhærens: & tum more Toarim ita inflectitur.

דָּבָק Mascul.

דָּבָקָת Fœm. vel

דָּבָקָת

III. Vox fœminea duplex est. Quòd si vltima Radicis sit gutturalis, pro duplice segol ponitur in posteriori voce duplex patach, תִּשְׁמַעֲשָׂנִי audiens, & hoc etiam pro sequentibus Coniugationibus notandum est.

Benoni sine pronomine, explicatur per participium, vt מֹסֵך tradens: cum pronomine autem per verbum, ut,

Fœm.

Fœm. Singul. Mascul.

מוסרת	הִיא Tradit. מוסר Tradis. אָנֹי Trado.	הַאֲתָה Tradit. אַתְּ Tradis. אָנֹנוּ Trado.
-------	--	--

Fœm. Plural. Mascul.

מוסרות	הֵן Tradunt. מוסרים: אָתָה traditis. אָנֹנוּ tradimus.	הַמְּבָרֶךְ tradunt. אַתְּם traditis. אָנֹנוּ trad.
--------	--	---

### DE P A V L.

In Paul, loco schurec, reperitur aliquando , ut לְבָשׂ *indutus*. Intransitiua hoc tempore carent, ut נַפְלָה *cecidit*. עַמְדָה *stetit*.

### A N N O T A T I O.

Quædam utrique participio communia sunt,  
 I. patach suffuratum (de quo diximus pagin.  
 9.) si ultima sit gutturalis, י, נ, פְתַח aperiens,  
 פְתֻוחַ apertus. שָׁמַעַן audiens. שְׁמַעַן auditus.  
 Imò in Benoni transfertur aliquando patach  
 sub secundam loco tsere י נְטַע plantans, pro י נְטַע  
 II. Regimen more substantiuorum ; quamob-  
 rem etiam puncta mutant פְּעַלִי אָוָן Psalm. 5.  
 6. facientes iniquitatem. חַבּוֹר עַצְבִּים fat-  
 tus socius idolorum. III. in nonnullis ver-  
 bis participium utrumque desideratur, ut קָרְבָּה appropin-

E appropin

Pars Tertia,  
appropinquauit, רָקַ elongauit, in quibus  
Toär venit loco utriusque participij קְרוּב propinquis, רָחוֹק longinquus, &c.

## DE FUTURO. . : :

I. In Futuro quatuor literæ יָתָה, studiosè notandæ sunt, quæ themati præfixæ, personas ipsius ubique formare, & distinguere solent, ut in paradigmate cernere licet. Cæterùm de punctis harum literarum fusiùs agemus in secunda & tercia Regula Gerundiorum.

II. In Futuro secunda masculina, & tercia fœminea singulares, per omnes omnium verborum coniugationes, eandem prorsus vocem habent, ut תְּמִסּוֹרֶת Trades, m., & Tradet, f. Eodem modo tertiae & secundæ personæ pluralis numeri tantum una vox ubique tribuitur, ut תְּמִסּוֹרֶנֶה tradent, & tradetis, f.

III. Ultima non tantum est cholem, ut פִּסּוֹרֶת, sed etiam patach, in ijs maximè, quæ vel neutra sunt, ut יְשַׁכֵּב accumbet: vel secundam tertiamúe gutturalem habent, ut יְגַאֵל redimet, יְפַתֵּח aperiet. Sunt quæ

quæ utramque terminationem admit-  
tunt, ut **וִשְׁבָתָה** & **וִשְׁבֹות**, à **שְׁבַת** cessauit.

## A N N O T A T I O.

Plurale fæmininum aliquando ultimum **ה**  
*abijcit*, 2. Sam. 13. 18. תַּלְבֵשׂ induent, sic olim  
legerunt Grammatici, nunc autem habetur  
תַּלְבֵשׂ. Cholem primæ personæ futuri propter **ה**  
paragogicum transit in scheua Psal. 39. 2. אֲשֶׁר  
custodiam.

## D E I M P E R A T I V O.

I. Ultima Imperatiui sequitur termina-  
tionem futuri, **שְׁמֹר** **שְׁלַח** **mitte**.

II. Si secunda sit gutturalis, ita puncta  
scribuntur, פְּעַם Ps. 34. 9. טְעַמּוּ **gustate**, Is. 47.

2. טְחַנֵּי **mole**. Sed si prima sit gutturalis, ferè  
hoc modo **חַשְׁפִּי**, **חַשְׁפָּה** **discooperi**. ibid.

III. Pluralis fæminina aliquando ulti-  
mum **ה** cum præcedente camets abijcit,  
ut Gen. 4. 23. שְׁמַעְנָה **audite** pro **שְׁמַעְנָה**. Aut  
contrà excidit **ג**, seruato **ה**, vt Isa. 32. 11.  
**חַגּוֹרָה** **accingite**. רְגֹזָה **פְּשַׁתָּה** **exuite vos**. turba-  
mini, pro **רְגֹזָה**, **חַגּוֹרָה**, **פְּשַׁתָּה**. Sic **עֲרָה** **nudate**  
**vos**, pro **עֲרָה** **אֹור**, nisi potius sint In-  
finitiui pro Imperatiuis, ut sæpius accidit.

Pars Tertia,  
ANNOTATIO.

Propter **נ** paragogicum prima Radicis habet plerunque **וּבָרָה** memento. Interdum tamen legitur etiam cum quibusdam alijs punctis. Pluralis masculina sub prima Radicis habet quandoque **תְּרֵבוֹ**, ut Ier. 2.12. desolamini. Ezech. 32.20. Cum accentibus distinguentibus pluralis masculina à forma **שִׁמְרוֹ** **שִׁמְרוּ** custodite, à forma **שַׁלְחוּ**, **שַׁלְחוּ** mittite.

DE INFINITIVO.

Infinitiui formæ tres inueniuntur **מְסֻדָּר**. Primæ (**מְסֻדָּר**) ferè potissimum usus est, ut iungatur alijs modis, augendæ significationis causa, vt in Syntaxi dicitur: frequentius hîc habent Actiua verba Cholem in ultima quam patach (etiam illa, in quibus tertia gutturalis) **וְכָזֶר** **מְמִינִיסֶּה**, **תְּחִזֵּק** aperire, **יְמִשֵּׁשׁ** audire. Neutra ferè amant patach **בְּכָבֵשׂ** accumbere.

DE GERUNDIIS.

I. Gerundia formantur ex secunda & tertia forma Infinitiui, præpositis literis huius

huius vocis בְּכָל : quæ recepto more literæ BACHLAM , vel Gerundij appellantur. Porrò ex his ipsis literis, בְּכָל hoc commune habent cum tribus literis futuri יְהִי quòd recipiant chiric paruum sequente scheua quiescēte, vt in paradigmate KAL vidimus. De punctis literæ מ, vide caput de literis seruilibus.

II. Si prima Radicis est gutturalis , quæ proscheua simplici requirit - vel ° tūc literæ יְהִי & בְּכָל sub se habebunt punctum affine illi , quod est sub prima ( affinia autem inter se sunt ° & ° itēmque ( - & - ) ut יְחַשֵּׁן discooperiet, תְּעַבּוֹר transibis, נְעַמּוֹד stabimus. בְּעַזּוֹר in auxiliando, לְעַמּוֹד ad standum.

III. Quod si (vt sāpē fit ) gutturales simplici scheua aut - vel ° contentæ sint , nihilominus illæ literæ futuri & gerundij suum - vel ° retinebunt, ut יְחַפּוּ volet, תְּחַפּס sapies, לְעַזּוֹר ad auxiliandū, יְעַבּוֹר transibunt Genes.37.27. יְחַרְדוּ contremiscent Gen.42.28. Cur autem hic gutturales sub se scheua simplex admittere possint, diximus suprà p.15.

IV. Atque ex his Gerundijs efficitur

usitatissima circumlocutio Coniunctiui  
 (ut etiam diximus pag. 56.) cui hæ literæ  
 potissimum inserviunt, ut ex sequentibus  
 exemplis clariùs intelligitur. *in בְּלִמּוֹד נָעַר*  
*discendo puerum*, id est, *cum disceret puer*,  
*postquam didicit puer*, vel, *didicisset*. Sic  
*לְלִמּוֹד נָעַר ad discendum puerum*, id est, *ut di-*  
*scat*, vel, *ut disceret puer*. *מִלְמּוֹד נָעַר à discendo*  
*puerum*, id est, *ne discat puer*. Eodem modo  
 explicanda sunt verba actiua, quando ac-  
 cusatiuum post se regunt, ut *בְּשֻׁמּוֹר אֶת־בֵּית*  
*quando custodit domum*, &c. *לְשֻׁמּוֹר אֶת־בֵּית ad custodiendum*, vel, *ut custodiat domum*.  
*מִשְׁמּוֹר אֶת־בֵּית à custodiendo*, vel, *ne custodiat*  
*domum*.

## ANNOTATIO.

*Infinitius* & *Gerundia cum ה paragogico*  
*sub prima radicali plerunque habent* : , *ut*  
*Exod. 20. 29. לְמַשְׁחָה ad vngendum. Exod. 30.*  
*18. לְרַחֲצָה ad lauandum : aut sub secunda pro-*  
*ppter gutturalem*, *veluti Ezech. 8. 6. לְרַחֲקָה ad*  
*elongandum : Quæ verò habent formam ter-*  
*tiam ( מס' ) cum ה paragogico, sub prima po-*  
*nunt chiric, Leuit. 20. 16. לְרַבְעָה ad concum-*  
*ben*

De Coniugatione Niphal, Cap. III. 71  
bendum, *vel*, propter gutturalem, Leuit. 6.  
לְאַשְׁמָה. ad delinquendum. Quod si secun-  
da Radicis sit gutturalis, tunc ita scribitur, Ps.  
119. 20. לְחַאֲבָה ad desiderandum, Ier. 31. 12. \*  
לְדַאֲבָה ad dolendum.

---

### C A P V T   III.

De Coniugatione Niphal. נִפְعָל

NVN, est character huius coniuga-  
tionis, in qua sunt verba Passiva su-  
perioris actiua, ut מסר tradidit, tradit<sup>9</sup>  
est, script, נִכְתֵּב scriptus est. Reperiuntur  
tamen hic etiam quædam actiua more  
deponentium apud Latinos, yerb, iurauit,  
נִשְׁבַּע pugnauit נִצְבֵּא stetit. Est enim genera-  
lis regula, ut ea verba, quæ in KAL non  
sunt in usu, exponatur in aliis iuxta signi-  
ficationem verborum in KAL. Et Niphal  
habet interdum reciprocam significatio-  
nem, ut Hithpaël, 2. Sam. 20. 10. נִשְׁמַר custo-  
diuit se, attendit sibi. נִטְמַא polluerunt se. Le-  
uit. 18. 24.

Pars secunda,  
INDICATIVVS.  
Præteritum.

Plurale.

Singulare.

Com.

Tradita est, Traditus est.

נִמְסָרֶה 3. Pers. נִמְסָרֶה 3. Pers. f. masc.

f. Traditus es.

נִמְסָרָת 2. Pers. נִמְסָרָת 2. Pers. f. Traditus sum.

1. Pers. נִמְסָרָנוּ Com.

BENONI.

Que tradita est.

Qui traditus est.

נִמְסָר נִמְסָרִים: Fæm. Mas. vel נִמְסָרָת

נִמְסָרָת

FUTVRVM.

m.

f. Tradetur.

נִמְסָר 3. f. יִמְסָר 3. Pers. יִמְסָר תְּמִסְרָה: f.

תְּמִסְרָנוּת 2. Pers. תְּמִסְרָה: תְּמִסְרָה:

1. Pers. com. נִמְסָר אַמְסָר:

IMPERATIVVS.

Tradimini vos, Tradere tu.

חַמֵּסָר הַמְסָרוֹת Fæm. Mas. חַמֵּסָר הַמְסָרָה

INFINITIVVS.

Tradi. המסר

In tradendo ( passiuè) id est, cum traderetur, &amp;c.

בַּחֲמֵסָר בַּחֲמֵסָר לְחַמֵּסָר מהמסר: Gerundia.

De

## DE PRÆTERITO.

Litera <sup>o</sup> characteristica habet chiric, sequente scheua muto. Quod si prima radicis gutturalis est, tunc ipsum <sup>o</sup> habebit <sup>-</sup>, vel <sup>o</sup>, <sup>נָעַפְרָכָה</sup> *ordinatus est*, <sup>in</sup> *turbatus est*. Reperitur tamen etiam prima radicalis cum segol. Sam. 4. 19. <sup>נָהָפְכָו</sup> *versus* sunt. 2. Reg. 3. 23. <sup>נָחַרְבּוּ</sup> *occisi sunt*. Tertia masculina exit interdum in cholem, Esth. 9. 1. <sup>נָתַתּוּ</sup> *signatus est*, 1. Paral. 5. 20. <sup>נָעַתּוֹרָ</sup> *exorabilis fuit*.

## DE BENONI.

BENONI habet camets, ut differat à præterito. Fœminina vox posterior ob gutturalem tertiam recipit duplex patach, <sup>נָשְׁלַחֲ</sup> *missa est*; de quo etiam supra p. 64.

P A V L participium passuum in quatuor Coniugationibus, scilicet, Niphal, Pual, Hophal, & Hithpaël, desideratur.

## De Futuro Imperatiuo &amp;

## Infinitiuo.

I. Hæc tria carent figuratiua, illamque per Dagesch primæ radicali infixum compensant. Hoc ut sentiri possit, Impe-

E 5 ratiuo

ratiuo & Infinitiuo præponitur וְ, quod in futuro necesse non est, cùm id literæ יתאָן præstare possint. & futuri interdum est cum chiric אַמְלָט eruar. Quòd si prima radicis non admittat Dagesch, tunc literæ futuri, & וְ habebunt tsere, Is. 5. 6. דָרְך fodietur, congeretur, הַעֲדָר foditor, vel fodi, nā Imperatiui & Infinitiui vox eadē est.

*II.* Ultimum punctum est tsere, quod tamen si dictio fiat Milel, mutatur in Segol, ut אַמְסָר tradar, הַמְסָר. Interdum in וְ, (etiam si dictio non sit Milel) vt Ez. 32.28. תְשִׁבָּר contereris. Atque hoc in ijs, quorum tertia Radicis est וְ aut יְ, breuitatis causa fieri videtur, vt Ps. 9.19. יִשְׁכַּח obliuioni tradetur. & Eze. 19. 9. יִשְׁמַע audietur, pro יִשְׁכַּח & יִשְׁמַע.

*III.* In Gerundijs וְ adiectitiū aliquādoo-mittitur, & tunc literæ בְּכָל possidēt punctum ipsius, ut Thre. 2. 11. ut בְּעֵטֶף cum deficeret. Proverb. 24. 17. בְּכֹשֶׁל cum corrueret, pro בְּהֻטֶּף מ ubique post se וְ retinet.

*IV.* Imperatiuus & Infinitiuus interdum perfectus reperitur, id est, cum וְ figura

guratio, Esth.3. 13. נְשַׁלּוֹת mittere & mitti,  
1.Sam.20.28. נִלְחָזֵה pugna & pugnare, quæ  
tamen videntur composita ex Kal, & Niphal,  
de quibus infra.

## C A P V T I V .

De Coniugatione Piel. פְּעַל

**C**HARACTER huius Cōiugationis est Dagesch impressum secundæ literæ Radicis, precedēte chiric paruo, מְפֻר. Actiua in Kal h̄ic habent significationē vehe- mentiorem, ut שָׁבֵר fregit in K A L , in Piel שָׁבַר confregit. Quam significationē in no- stris Paradigmatis per aduerbiū Diligenter explicabimus, ut מְפַר tradidit, מְפַר diligenter tradidit. Et quæ in KAL erant neutra, h̄ic putantur actiua הַלְךָ ambulauit, הַלְךָ deduxit, ambulare fecit, Job.24.10. alioquin & h̄ic est neu- trum. Sunt etiam h̄ic verba, quæ cōtrariam habent significationem, vel nomini, unde veniunt, ut שָׁרֵשׁ eradicauit à שָׁרֵשׁ radix, vel aliis cōiugationibus, ut אָטַח in kal peccauit, in Piel, אָטַח expiauit. Reperiuntur etiam h̄ic verba, quæ in Kal non sunt in usu, vt הַלְלָה laudauit, הַנְּאָסַף auscultauit.

IN

Pars Tertia,  
INDICATIVVS.  
Præteritum.

Plural.		Singul.
	Com.	Diligenter tradidit.
f. מִסְרָו	3. Pers.	מִסְרָה
מִסְרָתָם	2. Pers.	מִסְרָתָת
מִסְרָנוּי	1. Pers.	מִסְרָתִי

B E N O N I .

Fœm.		Mascul.
מִמְסָרָה	el	Diligenter tradens.
מִמְסָרָתָה:		מִמְסָרָם
		מִמְסָרִים:
		P A V L .
		Diligenter Traditus.
מִמְסָרָה	el	מִמְסָרָתָה:
מִמְסָרָתָה:		מִמְסָרִים:
		F U T U R U M .

Plural.		Singul.
	Com.	Diligenter tradet.
f. יִמְסַרּוּ	3. Pers.	יִמְסָרָה
תִּמְסֹרוּ	2. Pers.	תִּמְסֹרָתָה
נִמְסֶרּוּ	1. Pers.	נִמְסָרָתִי
		I M P E R A T I V V S .

Fœm.		Mascul.
מִסְרָיִם	מִסְרָאָתָה	Dilig.trade.
		מִסְרָה
	Infinitiuus.	Dilig.tradere.
בְּמִסְרָרִים	לְמִסְרָרִים	Gerundia.
		Regu

*Regula Coniugationis Piel.*

I. Tsere ob Maccaph mutatur in segol,  
Prou. 14. 6. וְשָׁקַע quæsivit illusor. Idem  
accidit sine Maccaph, בְּפָר locutus est  
expiauit.

II. Radicis secunda reperitur cum pa-  
tach, שְׁבֵר contriuit, & hoc plerunque quan-  
do tertia est ו aut י, שְׁלִיחַ dimisit, בְּלֹעַ absor-  
buit. Hæ duæ Regulæ etiam in futuro, &  
reliquis duobus modis locum habent, ut  
שְׁלִיחַ radet. שְׁלִיחַ dimitte & dimittere.

III. Participia huius Coniugationis ( ut  
& in hiphil & hithpael ) initio asciscunt מ.

*Regula generalis huius Con-  
iugationis.*

Quando secunda Radicis est gutturalis aut ר, quæ dagesch non recipiunt, tunc ad illud supplendum per omnes modos mutantur puncta brevia in longa, scilicet chiric in tsere, patach in camets, kibbutz in cholem, vt בְּרַךְ benedixit, מְבָרַךְ benedicens.

סְבָרוֹךְ

*benedictus*, יְבָרֵךְ *benedicet*, בָּרוּךְ *benedic*  
 & *benedicere*, &c. in פִּרְשׁ *expandere*, Isa. 1.15.  
 ponitur chiric loco thsere.

## ANNOTATIO.

Sæpe tamen nulla fit compensatio τὸ δαγεσχ,  
 sed prima Radicis suum breue punctum retinet,  
 ut 2.Sam.13. 39. נַחֲזָה consolatus est, 1. Reg.  
 22. 47. מַפְחַד accendit, Prou. 28.14. pa-  
 uens, Gen. 1. 2. מַרְחַפֶת mouens se, vel in-  
 cubans, Deut. 4.27. יִנְהַג ducet, Gen.19.22. מַהְרָה  
 festina. Et hoc præcipue, quando secunda est γ, η,  
 ι, aut ο, ut in his exemplis cernis. Imò nec se-  
 cunda thematis dagesch habet, licet ipsius capax  
 sit, η laudate, מְלֹאō impleuerunt. תְּבִקְשׁוּ quaretis Ps.4.υ.3. ετ̄ alibi səpiùs.

## CAPVT V.

De Coniugatione PVAL. פָּלָל

**H**Æc Coniugatio passiva est superio-  
 ris actiua; characteris loco prima  
 Radicis habet Kibbutz sequente dagesch  
 forti, מְסֻרָה.

INDI

De Coniugatione Pual, Cap. V. 79  
 INDICATIVVS  
 Præteritum.

Plurale.		Singulare.
	3. Pers.	Dil. Traditus est. מְסֻרוֹ
מְסֻרָתִם	2. Pers.	מְסֻרָה
מְסֻרָנוּ	1. Pers.	מְסֻרָתִי

BENONI.

Fœm.		Mascul.
מְסֻרָה		qui dil. traditur. מְסֻרִים

FUTVRVM.

Plurale.		Singulare.
תְּמֻסְרָנָה	3. Pers.	qui dil. tradetur. יְמֻסָר
תְּמֻסְרָוּ	2. Pers.	תְּמֻסָר
נְמֻסָר	1. Pers.	אֲמֻסָר

Infinitiuus, מְסֻר dil. tradi.

Quando secunda est gutturalis aut prima præteriti habebit cholem, Gen. 37. 33. טוֹרֵף raptus vel disceptus est. דַעַךְ incensus est, exarsit, à דַעַךְ extinxit. Nam & in Pual contraria significatio reperitur, prout initio Coniugationis Piel dictu est. Sic Prou. 13. 4. futurum יְכַנְרֵךְ benedicetur. n tamen

Pars secunda,  
n tamen ante se tolerat Kibbutz, Pro. 30.  
12. **רְחֵץ** *lotus est.* **רְ** ante se patitur = Ezec. 16.  
v. 4. **כַּרְתָּה** *præcisus est.*

## C A P V T VI.

*De Coniugatione Poēl.* פֹּעַל

**D**eservit præcipue verbis quiescentibus Ajin, que loco Piel amant Poël, & quandoque defectivis Ajin, quorum aliqua videntur modò actiuam, modò passiuam significationem habere, ut חֹלֶל formauit & formatus est, & si qua alia sunt eiusmodi; quemadmodum apud Latinos criminor te, & criminor abs te.

## I N D I C A T I V V S.

præteritum.

Plurale.

Singulare.

Tradidit & traditus est.

f. מִסְרָה 3. Pers. מִסְרָה Tradens & qui traditur.

מִסְרָתָם סְרָתָם 2. Pers. מִסְרָתָם

מִסְרָנוּ סְרָנוּ 1. Pers. Com. מִסְרָנוּ

## B E N O N I .

f. מִסְרָה vel מִסְרָתָם Tradens & qui traditur.

מִסְרָה קְמִסְרָתִים: מִסְרָתָם קְמִסְרָתִים:

מִסְרָות

PAVL

P A V L.

Fœm.

*Tradita.*

מְמוֹסֵר מְמוֹסִיר־תּוֹתָה vel מְמוֹסֵר מְמוֹסֵרָת  
מְמוֹסֵרָות :

Mascul.

*Traditus.*

F U T U R U M.

Plurale.

*m.*

*f.*

*m.*

*f.*

*m.*

*f.*

*m.*

Singulare.

*f. Tradet & tradetur, m.*

יְמַסֵּר תְּמַסֵּר

תְּמַסֵּר תְּמַסֵּרִי

אַמְסֵר אַמְסֵרִי

I M P E R A T I V U S.

Fœmin.

*Trade &*

מְסֵר מְסִרוֹת מְסֵרָתָה :

Infinitius, מְסֵר *Tradere & tradi.*

כְּמַסֵּר כְּמַסֵּר לְמַסֵּר מְמַסֵּר

Præteritum terminatur etiam in patachi  
מְסֵר. Cæterùm quod ad inflexionem at-  
tinet, non differt hæc conjugatio à Piel,  
nisi prima Radicali, quæ semper habet  
vau quiescens in cholem, excepto Paul, in  
quo schurec ponitur.

## CAPVT VII.

*De Coniugatione Hiphil*

הַפְעִיל

**P**RO charactere ponitur ה in principio, & י ante ultimam, ut המסיר. Porro verba hīc propriè significant alicuius actionis esse autorem, suasorem, impulsorem, &c. ut שָׁכֵב iacuit in Kal, in Hiphil fecit iacere. Sic יָמַשׁ audiuit, יָמַשׁ fecit audire. Igitur quæ in Kal sunt neutra, hīc sunt actiua; & quæ ibi simplicem actionem significabant, hīc duplicem denotant. Sunt tamen, quæ simplicem tantum actionem significant: ut השְׁלִיךְ proiecit, deiecit.

## INDICATIVVS.

## PRÆTERITVM.

Plurale.	Singulare.
----------	------------

com.	fecit tradere.
------	----------------

הַמִּסִּיר. המסירה. 3. Pers.	הַמִּטְרָרֶה. המטראה. 3. Pers.
------------------------------	--------------------------------

הַמִּסְרָתָה. המסרת. 2. Pers.	הַמִּסְרָתָם. המסרתם. 2. Pers.
-------------------------------	--------------------------------

הַמִּסְרָתִי. המסרתי. 1. Pers.	com.
--------------------------------	------

BENO-
-------

De Coniugatione Hiphil, Cap. VII. 83  
B E N O N I.

Fœm. Masc.  
*faciens tradere.*

**מִסְכֵּר מַסְכִּירִים:** *מַסְכֵּר vel מַסְכָּרָת*  
*מַסְכִּירות:*

P A V L.

Fœm. Masc.  
*Factus vel iussus tradere.*

**מַסְכֵּר מַסְכִּירִים:** *מַסְכֵּר vel מַסְכָּרָת*  
*מַסְכִּירות:*

F U T U R U M.

Plur. Sing.  
*faciet tradere.*

**יְמַסֵּר תְּמַסֵּיר** 3. Pers. f. **יְמַסְּרוּ** 3. Pers. m.  
**תְּמַסֵּרְנָה** m. **תְּמַסְּרָנָה** f.  
**תְּמַסֵּר תְּמַסֵּירִוּ** 2. Pers. f. **תְּמַסֵּירְנָה** 2. Pers. m.  
**אֲמַסֵּר** 1. Pers. Com. **גַּמְסֵר** 1. Pers. Com.

I M P E R A T I V U S.

Fœm. Masc.  
*Fac tradere.*

**הַמְסֵר הַמְסִירָה:** *הַמְסֵר הַמְסִירָה*  
Infinitius, *Efficere tradere, id est, ut tradat.*

Gerundia.

*in faciendo tradere, id est, cum facerem tradere.*

**בְּחַמְסֵר בְּחַמְסִיר לְהַמְסֵר מְהַמְסֵר:**  
*De Præterito.*

Si prima gutturalis est (quæ plerunque

per totum Hiphil, habet scheva cōpositum ) tunc ה figuratiua habebit segol, ut הַמִּיד 2. Paral. 19. 8. *constituit*: vel patach, præsertim si vau copulatum præfigatur, Exod. 13. 12. וְהַעֲבָרָתִ וְ transire facies.

*De Participijs.*

In utroque participio ( ut & in literis futuri יְתָאֵן, ) abijcitur ה , & punctum eius transfertur ad מ , euphoniam gratia , ut יְהַמְּסִיר pro יְמַסִּיר , מַמְּסִיר pro יְמַסִּיר .

Benonis sub מ seruat patach etiā ante gutturales, מ עַמְּד stare faciēs. Paul sub מ aliquādo habet מ שׂוֹר Ex. 26. 1. מְכֻלָּפָטūs, retortus. Prima Radicis gutturalis requirit מ , & sub מ , ut 1. Reg. 22. 35. מ עַמְּד factus stare, constitutus.

*De Futuro Imperativo, & Infinitivo.*

I. Horum trium ultima syllaba recipit chiric vel tsere יְמַסִּר , etiam Iod qui-escente nonnūquam ascripto, יְמַסִּיר verūm tsere ob maccaph transit in segol, Iud. 19. 4. יְחִזְקֵיָהוּ apprehendet eum, & sic de alijs. Eadem ultima reperitur cum patach, maximè propter gutturales ה , ו , & ר , vt 1. Reg. 18. 30. יְבַטְּח faciet fidere , 1. Sam. 15. 23. הַפְּצָר trans-

de Coniugatione Hiphil, Cap. VII. 85  
transgredi, nolle acquiescere.

II. Gerundium, **ל** habens, quandoque ab ijcit **נ**, illiusque punctum obtinet, Is. 29. 15. **לשְׁבִית**. ad abscondendum, Amos 8.4. **לַהֲשִׁיבָה**. ad cessare faciendum, pro **לַהֲשִׁיבָה** & **לַהֲסֹתֵר**.

Iod ultimum s̄epe desideratur, in anente solūm chiric paruo sub secunda Radicis, Ps. 26. 7. **לְשֻׁמֶּעָ** ad faciendum audire. Ios. 11. 14. **חַשְׁמָדָה** disperdere eos.

## C A P V T VIII.

De Coniugatione HOPHAL. הפעל

**H**VIVS characteristica litera est **נ** cum **ת**, continet passiva respondentia actiuis in Hiphil, ut **חַמְסָר** factus est tradere, id est, iussus, impulsus ut traderet.

## I N D I C A T I V V S.

Præteritum.

אֲחִיה נָחִיה	1. Pers.

Cæterum hoc ipsum futurum personas recipit  
defectivas.

Erimus.

Ero.

Eris.

Erit.

יְהִי תְּהִיה אֲחִיה נָחִיה

## I M P E R A T I V U S.

Fœm.

Mascul.

Es, vel esto.

הַיָּה הִיוֹן חַי vel חַי הֵיכֶנֶה

הָוֹה Gen. 27.24. venit ab חַוח eiusdem si-  
gnificationis radice.

## I N F I N I T I V U S.

הָוֹה הַיָּה הֵיכֶנֶה  
Eesse. בְּהִזְמָנָה Gerundia. מְהֻזָּמָנָה

## N I P H A L.

Factus est.

נִקְנָה Præteritum, נִהְיָה, נִהְיָת, sicut  
qui fit.

Benoni, נִהְיָה, נִהְיָת, &c.

Plura de huius Verbi coniugationibus non  
extant.

Verbum

Verbum, חיה

K A L.

Præteritum. חיה חיות, ו. *Vixit, sicut*Benoni. חי חיות: חיה חיות *Viuens.*

F U T U R U M.

Plur.

Singul.

*Viuet.*

יחי תחינה

3. Pers.

יחיה תחיה

תהי

2. Pers.

תחיה תחוי

נחייה

1. Pers.

אחייה

*Ab hoc futuro etiam due voces defectiue re-  
periuntur ψυχι viui vel ψυχι viuet, g. fæm.*

I M P E R A T I V U S

Fœm.

Masc.

*Viue.*

ψυχι ψυχי חי חיות

ψυχה ψυχה

Infinitius. ψυχו ψυχות vel ψυχות viuere.

Gerundia. ψυχות, מחיות, ו. *sicut in* ψυχה.

P I E L.

Præter. ψυχה, ψυחות *Viuficauit, &c. sicut in* קנה.Benoni. ψυχה, מחיות *Viuficans, &c.*Paul. ψυχה, מחיות *Viuficatus, &c.*Futurum. ψυχה, אחייה *&c. Viuficabit.*Imperatius. ψυχה, ψוחה *&c. Viufica.*Infinitius. ψυחות vel ψוחות *&c. Viuficare.*

H I P H I L

## H I P H I L.

Paul.

Benoni.

Præterit.

*Viuiscatus.**Viuiscans.**Viuiscauit.*

מְחִיָה

מְחִיָה

הַחִיָה

ע. מְחִיּוֹת ע. מְחִיּוֹת ע. מְחִיּוֹת

Infinut.

Imperat.

Futur.

*Viuiscare.**Viuifica.**Viuiscabit.*

חַיָות

חַיָה

יְחִי

ע. לְחַיּוֹת ע. לְחַיּוֹת ע. לְחַיּוֹת

Cetera non sunt usitata.

## Verbum השתחוּה :

*Verbum* שֶׁ incuruauit se, adorauit, regulariter format ex se Kal ע. Hiphil, sed in Hithpael ante ה assumit ו. Cur autem ה syllabæ figuratiue ה sit transpositum, vide pag. 89.

## HITHPAEL.

Præteritum.

Plural.

Singul. *Adorauit.*

הַשְׁתַחֲוָה הַשְׁתַחֲוָה 3. Pers.

הַשְׁתַחֲוִית הַשְׁתַחֲוִית 2. Pers.

הַשְׁתַחֲוִינוּ 1. Pers.

BENONI

## B E N O N I.

Fœm.      Mascul.      Adorans.

מְשֻׁתְחָוֹה מְשֻׁתְחֵוֹי־ סִנְאַת

F U T V R V M.

Plurale.      Singulare.      Adorabit.

יְשֻׁתְחָוֹה פְּשֻׁתְחָוֹה 3. Pers.      יְשֻׁתְחָוֹן תְּשֻׁתְחָוֹנָה

תְּשֻׁתְחָוֹנָה תְּשֻׁתְחָוֹן 2. Pers.      תְּשֻׁתְחָוֹן תְּשֻׁתְחָוֹנוֹ

גְּשֻׁתְחָוֹה 1. Pers.      אֲשֻׁתְחָוֹה

## I M P E R A T I V V S.

Fœmin.      Mascul.      Adorabit.

הַשְׁתָחָוֹה הַשְׁתָחָוֹנוֹ

Infinit.      השְׁתָחָוֹת vel      Adorare.

In Præterito penultima primæ & secundæ  
personæ scribitur etiam per tñere, ut      הַשְׁתָחָוֹית.Futurum singulare secundæ & tertiae perso-  
nae, accedente ו au conuersio, abiicit ה finale, ו  
remanet ו au schurec ו יְשֻׁתְחָוֹן & adorauit,  
וְתְּשֻׁתְחָוֹן & adorasti, m. vel & adorauit, fœ.

De formis defectiuarum

verborum.

Defectiuarum tres formæ reperiuntur. I.  
continet Defectua Pe Iod, id est, ea, quoru pri-  
ma litera est iod sequente ו. Horum iste ferè est  
numerus: יְצָב stetit, יְגַז posuit, (in Hiphil usi-  
tatum)

tatū **yx**, stravit. **px**, fudit. **צ**, formauit. **נ**, combusſit. Excipitur vnum **nx**, exiuit, quod ex Quiescentibus compositis est, ut suo loco vidēbimus. I. forma complectitur defectiua Pe Nun, id est, ea, quae à litera **ג** incipiunt, ut נְשָׁל remouit. III. conſtat ex Defectiuis Aijn, id est, ex ijs, quahabent duas posteriores radicis literas easdem, quarum altera inter coniugandum multis in locis amittitur, ut בְּלֵל volvit. Hæc ab alijs vocantur duplicantia Aijn. Porro harum trium formarum verba etsi Defectiiorum nomen habeant, non tamen idcirco ubique deficiunt. Omnia enim per certas Coniugationes, aut modos, aut tempora, Perfectorum leges seruant. Multa verò per omnes ferè Coniugationes Perfecta manent, nec ullum usquam defectum patiuntur, præſertim illa, quæ inchoantur **ג**, **כ**, **ח**. secundam Radicis Gutturalem habent, ut נְנִזְזָה spreuit, lacerſiuit, בְּלַבְלָה duxit, נְעַר excusſit, **כ** his similia, quibus dagesch defectum literæ **ג** indicans infigi non potest. Sed hæc usu facilius cognoscuntur.

## C A P V T X V.

*De prima & secunda forma Defectiisorum, id est, Pe Iod, & Pe Nun.*

**H**ÆC Verba, quæ ad inflexionem attinet, omnino inter se conueniunt. Quare pro utrisque unum tantum *paradigma*, breuitatis causa, per omnes *Coniugationes* proponendum putauimus.

### K A L.

Præteritum. נִשְׁלַת remouit, &c.

Benoni. נִשְׁלֵי remouens, &c.

Paul. נִשְׁוֹל remotus, &c.

### F V T U R V M.

#### Plurale.

f.3. & 2. m. יִשְׁלֹן 3. Pers. נִשְׁלָל fæm. Remouebit.

תִּשְׁלֹג m. תִּשְׁלָנָה 2. Pers. fæ. וְנִשְׁלֵל תִּשְׁלֵי m.

נִשְׁלָל 1. Pers. Com. אַל

### I M P E R A T I V V S.

#### Fœm.

#### Mascul.

שְׁלֵי שְׁלָנָה

שְׁלָל שְׁלָנוֹ:

Infinit. נִשְׁלַת Remouere.

Gerundia. בְּשְׁלָת בְּשְׁלָת לְשְׁלָת מִשְׁלָת

Eodem

Eodem planè modo inflectitur פְּנַי fundere  
 & reliqua verba secundæ formæ Defectiu-  
 rum, non tantum per Kal, sed etiam per omnes  
 sequentes Coniugationes, perinde ac si pro suo  
 Iod haberent literam נ, videlicet פְּנַי pro פְּנַי,  
 & sic de ceteris, נ initio habentibus.

Futurum exit quoque in cholem more per-  
 fectorum, ut יִפְאֵל cadet. Item in ו ut יִצְרָא Gen.  
 2. 7 formabit. Ea, quæ secundam habent gut-  
 turalem, ubique ferè perfecta manent, ut dixi-  
 mus. Si tamen in ijs futurum abiijciat נ, literæ  
 futuri recipiunt tsere, ut יִחְתַּח descendet, pro  
 יִנְחָת.

In Imperativo reperitur etiam cholem, ut Ios.  
 3. 9. נְשׁוּ accedite, & tsere, quod propter Mac-  
 eaph mutatur in segol נְהַלְאָה Gen. 19. 9. re-  
 cede illuc.

Infinitius, abiectâ prima, tertiae radica-  
 li apponit נ. Quòd si hæc tertia est gutturalis,  
 pro duplice segol habebit duplex patach, ut נְגַעַת tetigit, נְגַעַת tangere, לְגַעַת ad tan-  
 gendum.

NIPHAL

N I P H A L.

Præteritum.

Plurale.

Singul.

*Remotus est.*

נִשְׁלָה 3. Pers. נִשְׁלָוּ

נִשְׁלָתָה 2. Pers. נִשְׁלָתָם תֹּזֵעַ

נִשְׁלָתִי 1. Pers. נִשְׁלָנוּ

Imperat. Futur. Benoni.

*Remouere tu.* *Remouebitur.* *Qui remouetur.*

נִשְׁלָה יִנְשַׁל נִשְׁלָל

נִשְׁלָוּ־ אֲנִשְׁלָה אֲנִשְׁלָוּ־

Infinitius. הַנִּשְׁלָל Remouere, בַּהֲנִשְׁלָל

Præteritum secundam gutturalem habens;  
 & à perfectis desciscens, sub נ ponit tñere  
 גָּאֵר elongauit, euertit. In נ ח tamen pœ-  
 nitentia ductus est, & infixus est. Psal.  
 38.3. nulla fit compensatio. Quædam reperiun-  
 tur cum cholem, נְמֹל Gen. 17.26. circumcisus  
 est; Legitur etiam Jud. 20. 39. נְגֹזֶף percuti,  
 pro הַנְּגֹזֶף:

HITPAEL.

*Remouit seipsum.*

PVAL.

*Dilig. remotus est.*

PIEL.

*Dilig. remouit.*

הַתְּנִשְׁלָל

נִשְׁלָל

נִשְׁלָל

Tres hæ Coniugationes omnino Perfectorum  
 normam sequuntur.

K

HIPHIL

## H I P H I L.

Præteritum.

Plur.

Sing.

*Fecit remouere.*

חַשֵּׁיל חַשְׁיָלָה 3. Pers. הַשִּׁילוּ

חַשְׁלָתּ הַשְׁלָתָה 2. Pers. הַשְׁלִתָם תְּנוּ

חַשְׁלָתּ הַשְׁלָתָה 1. Pers. הַשְׁלָתָנוּ

## B E N O N I.

Fœm.

Masc.

*Faciens remouere.*

מְשִׁיל מְשֻׁלִּים: מְשִׁילָה vel מְשֻׁלָּת מְשֻׁלֹּות

## P A V L.

Plural.

Singul.

*Facetus remouere.*

מְשֻׁל מְשֻׁלִּים: מְשֻׁלָּה מְשֻׁלֹּות

## F U T U R U M.

Plur.

Singul.

*Faciet remouere.*

וְשִׁיל תְּשִׁיל יְשִׁילוּ 3. Pers. וְשִׁילוּ תְּשִׁילָה

תְּשִׁיל תְּשִׁילְיוּ תְּשִׁילוּ 2. Pers. תְּשִׁילוּ תְּשִׁילָה

אֲשִׁיל נְשִׁיל 1. Pers. נְשִׁיל אֲשִׁיל

## I M P E R A T I V U S.

Fœm.

Mascul.

*Fac remouere.*

הַשִּׁיל הַשִּׁילוּ הַשְׁלָנוּ : הַשִּׁיל הַשִּׁילוּ

Infinitius, *facere remouere.* حَشِيل، بِحَشِيل*Quædam*

Quædam in futuro compensant dagesch per longam vocalem וְנַכְלָל & cecidimus, וְיָזֵד & coxit, וְיִשְׂרָאֵל. Paral. 20. 3. & seruauit. Num. 5. 22. ad faciendum cadere, ponitur להנפּיל pro להנפּיל

### HOPHAL.

Plural.	Præteritum.	Singul.
---------	-------------	---------

*Factus est remouere.*

הַשְׁלֹו	3. Pers.	הַשְׁלָה
הַשְׁלָתָה תָּהִ	2. Pers.	הַשְׁלָתָה
הַשְׁלָנוּ	1. Pers.	הַשְׁלָתִי

### BENONI.

Fœm.	Mascul.
------	---------

*Qui iubetur remouere.*

הַשְׁלָה הַשְׁלֹות :	הַשְׁלָל הַשְׁלִים :
----------------------	----------------------

F V T V R V M.

Plural.	Singul.
---------	---------

*Iubebitur rem.*

וְשָׁלוּ	3. Pers.	וְשָׁלֵל
תְּשִׁלְנָה	2. Pers.	תְּשִׁלָּל
תְּשִׁלּוּ	1. Pers.	אֲשֶׁל

Infinitius, הַשְׁלָל *Iuberi remouere.*

### APPENDIX.

Horum verborum formam imitantur quatuor alia, יִנְחַת dimisit, יִקְרַב circuit, לִתְעַל euul-sic, לִקְחַת accepit. Ex his, quia ultimum fre-

quentissimè occurrit, placuit illius inflexionem,  
quâ defectuum est, adiçere.

K A L. נָרַק accepit.

Præteritum, Benoni & Paul, perfecta sunt,  
nisi quod pro נָרַק semel inueniatur נָרַק Ezec. 17.  
5. & cù affixo, נָרַק accepit eos Ose. 11. v. 3.

F V T V R V M.

Plurale.

Singulare.

*Accipiet.*

תְּקִנָּה	יְקִנָּה	3. Pers.	יְקִנָּה
תְּקִחוּ	יְקִחוּ	2. Pers.	תְּקִחוּ
תְּקִנָּה	יְקִנָּה	1. Pers.	תְּקִנָּה

Ob frequentissimum eius usum, sæpè ex p ab-  
iicitur dagesch, ut חֲקָרָא Isa. 56. 12. accipiam,  
cum ה parag. יְקִנָּה accipient. Gen. 14. 24. Idem  
in alijs huic generis defectiis fit ut, וַיְסֻעוּ &  
profecti sunt, אָיָסָה.

I M P E R A T I V V S.

Fœm.

Mascul.

*Accipe.*

קְחֵה נָרַק קְחֵה נָרַק vel נָרַק Perfectè.

Infinit. תְּקִחָה 2. Reg. 12. 8. תְּקִחָה accipere,  
per modum regiminis, vel perfectè נָרַק In re-  
liquis Coniugationibus נָרַק perfectum manet.

Reperi

Reperitur tamen וְ accipietur, ex futuro  
Hophal, pro וְלִי.

---

## CAPVT XVI.

De Defectiis Aijn, id est, in secunda Radicis  
sive de duplicantibus Aijn.

**H**VIVS etiam generis verba s̄epe ma-  
nent integra & perfecta, ut iam s̄epiūs  
dictum est. Frequentius tamen euphonie causa  
secundam Radicis abiiciunt, abiectāmque sup-  
plent per dagesch forte tertiae impressum, modò  
alia sequatur litera. Nam dagesch forte in mo-  
nosyllabo sentiri non potest. Quando ergo defe-  
ctua sunt, hoc modo coniugantur.

---

## K A L.

Præteritum.

Plur.

Sing.

*Volvit.*

גָלוּ

3. Pers.

גָלוּתָה

גָלוּתָה תְּ

2. Pers.

גָלוּתָה גָלוּתָה

גָלוּתָה

1. Pers.

גָלוּתִי

Fœm.

Mascul. *Volvens.*

בָּלָה בְּלֹת

גַּל בְּלִי־

PAVL. &amp;c. Volutus, perfectum est.

F U T U R U M.

Plural.

Singul. *Volvet.*

תְּגִלִּינָה

יְנֻזָּוּ

۳. Pers.

יְגָזָל תְּגָזָל

תְּגָזָל

۲. Pers.

תְּגָזָל תְּגָזָל

גָּזָל

۱. Pers.

אָגָזָל אָגָזָל

I M P E R A T I V U S.

Fœm.

Mascul.

*Volve.*

בָּזָל בָּזָל

בָּזָל בָּזָל

Infinit. *volvere.*

Gerundia. בָּגָזָל, בָּגָזָל, לְגָזָל, מְגָזָל

Præterui prima habebit, si tertia Radicis respuat dagesch, ut אָרָחָתִי maledixi, ab אָרָחָתִי. Obtantamen nihil mutatur, Ps. 35. 14. שְׁחָזָתִי humiliavi me, à שְׁחָזָתִי. Benomi interdum effertur per cholem תְּזִזֶּה integer, quod ob Maccaph transit in תְּזִזֶּה perfectus viâ, id est, viuendi ratione. Verum hæc siue camets siue cholem habent, verius nomina censentur. Participium enim istorum verborum potius perfectum est, ut גָּזָל volvens, סָבָב circuiens.

Futurum

Futurum nonnunquam longam vocalem sub אִתְן resoluit in breuem ו dagesch, אַקְוֹב male-dicam, pro אַקְוֹב. Et tunc solo sensu differt à fu-turo Niphal, de quo paulò pòst. Exit quoque in ג, ut יְרֻזָּן Prou.29.6. laudabit, vel exultabit. Verùm si accedit Vau conuersuum, ו dictio fiat Milel, vertitur in ו: ut זְגַב ו circuinimus. Rariùs in Kibbutz, וַיְרַם & produxit vermes, Exod.16.20. Additur interdum tertiae remanenti, ה paragogicum ו dagesch, תְּרוּבָה prædicabit, ו sine dagesch, נְבוֹזָה I.Sam.14.36. prædabimur. Sic dicendum effet נְבָלָה cō-fundemus, pro quo tamē legimus נְבָלָה Ge.11.7.

Imperatiuus habet etiam camets, ut קְבַה maledic, אֲרָה idem. Præterea schurec עֲוֹתָה Ps. 68.29. robora, confirma. His tribus ה paragogicum quoque additum vides. Relique voces in-terdum loco cholem reperiuntur cum ו, ut רְבִי exultate, תְּחִתָּה seca, diuide, Levit. 2.6. more perfectorum venit.

Infin. modò cū cholē, ut in paradigmate, modò cū eligere, dilucidare, à בְּרֵר, modò cū pa-tach, רְד Is.45 1. expādere, à בְּרֵד cū ח in fine, שְׁמַנְתַּה devastare, נִזְנַת misereri, à שְׁמַנְתַּה.

## N I P H A L.

## Præteritum.

Plural.

Singul.

*Volutus est.*

גָּנְלָה 3. Pers. גָּנְלָה

גָּנְלֹתָה תִּן 2. Pers. גָּנְלֹתָה

גָּנְלֹתִי 1. Pers. גָּנְלֹתִי

## B E N O N I.

Fœm.

Mascul.

*Qui volvitur.*

גָּנְלָה גָּנְלֹתָה : גָּנְלָה גָּנְלֹתָה :

## F V T V R V M.

Plur.

Singul.

*Volvetur.*

יַבְלֵל תַּפְלֵל 3. Pers. יַבְלֵל

תַּפְלֵל תַּפְלֵל 2. Pers. תַּפְלֵל

אֲפָל כָּפָל 1. Pers. אֲפָל

## I M P E R A T I V U S.

Fœm.

Mascul.

*Volvere tu.*

חַפֵּל vel הַגּוֹל הַגּוֹלוֹ : הַפְלֵי הַגְלִינָה

Infinitiuus. הַגּוֹל vel הַגּוֹל חַפֵּל. *Volvit.*

Gerundia. בַּחֲפֵל, בַּחֲגַל, לְחַגֵּל, מַחֲגֵל :

Præteri-

Præteriti *tertia sub* נ habet interdum etiam chiric, præsertim in ijs, quorum prima est נ, נחת consternatus, contritus est: *interdum tsere*, נחת gratiosa fuisti, precata es. *Fer. 22.23.* ubi tamen *LXX.* ע S. Hieron. rectius legerunt נאנחת gemuisti, ab אן quod in *Niphil* significat gemere, suspirare. *Sub prima radicale* reperitur etiam *camets* extra distinctionem, נחל pollutus est; aut *tsere*, נמס dissolutus, liquefactus est, aut *cholem*, נט tonsus est. *Tertia fœminea* in quibusdam verbis sine dagesch, נבקַת *Isa. 19.3.* evacuata est, pro נבקַה; Et cum dagesch, נספַח *Ezech. 26.2.* conuersa est: quæ vox etiam prima est futuri in *Hiphil*, 1. *Paral. 13.3.* reducamus. In plurali . loco i, ut נשׁרְנוּ *Mich. 2.4.* vastati sumus.

*Futurum terminaturetiam in cholem*, נט devastabitur, in stuporem dabitur: quod *cholem* in cæteris quoque personis manet, ישותו devastabuntur, etc. Item in ., *Ezech. 24.11.* נית consumetur. Nonnunquam dagesch Et parua vocalis conflantur in *tsere*, præsertim si prima radicis non admittat dagesch. ימר amariçabitur, אקל despiciar, יחל polluetur,

perficiar, ubi Iod præter normam additur. יְהֹוָה similes erunt, וַתִּמְצֵאוּ perficientur, וְid genus alia pro יְהֹוָה reperies.

Imperatiuus, si tertia respuat dagesch in plurali, sic scribitur, הַבָּרוּ mundamini, Is. 52.10. cum accentu in penultima, ut distinguatur à Quiescentibus Lamed He, quorum ultima accentum sibi vendicat, ut חֲקָנוּ pag. 128. Eandem ob causam sub ۡ ponitur tsere הַחֶל polluere tu, & pollui.

HITHPAEL.

PVAL.

PIEL.

Volvit seipsum.

Dil. volutus est.

Dil. volvit.

הַתְּגַלֵּל

גַּלֵּל

גַּלְלֵל

## ANNOTATIO.

A Perfectorum Regulis hæ tres Coniugationes non recedunt. Cæterū illud præterea notandum Defectiva Aijn, euphoniacausa non raro inflecti per Poel, ut תְּיִזְלַל, גַּזְלַל, volvit, vel volutus est, atque inde etiam formari Hithpoel הַתְּגַלֵּל volvit se. De cuius inflexione pag. 114.

HIPHIL.

## H I P H I L.

## Præteritum.

Plur.

Sing.

*Volvere fecit & volvit.***הַגְלָוּ**

3. Pers.

**הַגְלָה****הַגְלוֹתָם**

2. Pers.

**הַגְלוֹת****הַגְלוֹנוּ**

1. Pers.

**הַגְלוֹתִי**

## B E N O N I.

Fœm.

Masc.

*Volvere faciens.***מְגֻלָה** מְגֻלוֹת**מְגֻלִי**

## P A V L.

Fœm.

Masc.

*Volvere factus.***מְגֻלָה** מְגֻלוֹת**מְגֻלִי**

## F U T U R U M.

Plural.

Singul.

*vel*  
**תְּגִלֵנָה****יִגְלּוּ**

3. Pers.

**יִגְלָל****תְּגִלֵינָה****תְּגִלּוּ**

2. Pers.

**תְּגִלִי****תְּגִלִינָה****תְּגִלִיןָה**

1. Pers.

**אָגָל**

## I M P E R A T I V U S.

Fœm.

Masc.

*Fac voluere.**vel*  
**הַגְלִי** הַגְלָנָה**הַגְלָל****הַגְלִינָה**

Infinitiuus.

Infinitiuus. הַגְלָל vel facere volvere.

Gerundia. בַּהֲגָל, בַּמְהַגָּל, לְהַגָּל:

Præteritum in tertia persona utriusque generis & numeri sub ח. habet tsere. In reliquis categoph patach, aut solum patach ante gutturalem תְּחִלָּת coepisti. Dagesch interdum amittitur, ו loco chiric ponitur, ut הרעתי malefici, afflxi. Tsere sub prima radic. in tertiijs personis seruatur cum dagesch, vel sine eo, ut העזה obfirmavit הַעֲזָה obfirmarunt. Prima radic. in præterito ו Benoni recipit etiam ו, ut הרע malefecit, הרק comminuit, מְרֻק commnuens, מְרֻעָה affligens.

Futuri literæ fortiuntur etiam patach cum dagesch יִסְבֶּן circuire faciet; ו fine dagesch, aliaue compensatione in voce תְּחִלָּת polluam, ut differat ab תְּחִלָּת incipiam: ubi tamen loco camets etiam scribitur tsere, תְּחִלָּת incipics. Præterea futuri ultima habet chiric וְיִשְׁלַׁח defolari faciet. Item patach וְתַּרְעַע & malefecisti. Ceterum quando accedit Vau conuersuum, mutatur tsere futuri in segol, atque ita dictio fit Milel, וְיִרְקַּב & comminuit, וְיִגְּלַּב Gen. 29. 10. & fecit volvere. Sed tunc huius Coniugationis futura

futura voce non distinguuntur à futuris His-  
phil Quiescentium Vau, vel Iod.

## H O P H A L.

Plur.	Præteritum.	Sing.
-------	-------------	-------

*Factus volvere.*

הוֹגֵל הַוֹּגֶלָה 3. Pers.

הוֹגֵלוֹת הַוֹּגֶלָות 2. Pers.

הוֹגֵלָנוּ 1. Pers.

B E N O N I.

Fœm.	Masc.
------	-------

*Qui iubetur volvere.*

הוֹגֵל הַוֹּגֶלָות

הוֹגֵל הַוֹּגֶלִים

F U T U R U M.

Plural.	Singul.
---------	---------

*Iubebitur volvere.*

יְוֹגֵל תְּוֹגֵל 3. Pers.

תְּוֹגֵל תְּוֹגֵלי 2. Pers.

אֲוֹגֵל נְוֹגֵל 1. Pers.

Infinit. הַוֹּגֶל *Iuberi volvere.*

Præteritum etiam ita reperitur, *Job.*

24. 24. depauperati, humiliati sunt, pro

הוֹמְכָיו. Futuri literæ frequentius habent kibbutz

sequente dagesch. יְבַת contundetur. *Tria*

*hæc, יְחִינָה Isai.* 26. 10. gratiâ donabitur. יְזַרְקָיו.

*Job.* 19. 23. sculpentur, יְוִשָּׁר *Ose.* 10. 14.

destrue

destruetur, videntur potius ad Pual spectare  
cum eorum actua non in Hiphil, sed in Piel usi-  
tata sint.

## APPENDIX.

*Verba quorum tertia radicalis est גַּוְלָה, certis, iisdemque per paucis locis, illius literae defectum patiuntur, quae idcirco sub finem Defectiorum breuiter perstringenda putauimus.*

DESINENTIA igitur in גַּוְלָה, ut שָׁבֵן habitauit, בִּין intelligere, בְּנֵן præparare, stabilire, גַּלְוֵן pernoctare, חֲנֵן misertus est, &c. suum illud גַּוְלָה radicale abiciunt, abiectumque per dagesch compensant, quando inter coniugandum scheua mutum ipsi subscriendum esset, sequente proxime alio גַּוְלָה seruili, ut fit tribus in locis.

I. In prima persona præteriti pluralis שָׁבְנוּ habitauimus, pro שָׁבְנָנוּ. II. In secundis וְ tertiijs personis futuri pluralis generis fæminini, תְּשִׁבְנָנוּ habitabitis, pro נְשִׁבְנָנוּ: Verum hoc non semper obseruatur, cum aliquando tam radicale, quam seruile גַּוְלָה regulariter maneat. III. In secunda persona Imperatiui pluralis generis fæm. שְׁבֹנָה habitate, pro שְׁבֹנָה. Est tamen, ubi גַּוְלָה amissum per dagesch non compensatur

*pensatur, ut תָּגַנְנָה Ruth. I. 13. retardabi-  
mini עֲבָן.*

DESINENTIA in ת, ut בְּרַת pepigit, חֶרֶת  
insculpsit, שׁוֹת מוֹת mori, סִית ponere, inci-  
tare, &c. accedētibus seruilibus, תְּתֵת הַיְתֵס, חַנּוּ  
suum וְradicale item abijciunt, & per dagesch  
supplent, ut בְּרַת:

ברת בְּרַת בְּרַת בְּרַת בְּרַת  
ברת בְּרַת בְּרַת בְּרַת בְּרַת בְּרַת pro

Exemplum verbi מוֹת vide pag. 107.

Porro quod de desinentibus in ת dixi-  
mus, eiusque rei exempla, breuitatis causa, tan-  
tum in Kal posuimus, id de omnibus alijs eorum  
Coniugationibus intelligendum est. Sed in o-  
mnibus illis, Nun & Thau non quoad vocem  
seu sonum suum, sed tantum quoad figuram  
deest, sicut in Latinis istis Sūma, Annus, &c.  
alterum m vel n deest, quoad figuram, non  
quoad sonum, quia lineola supra m vel n posi-  
ta, alterum m vel n significat. Nonnulli hæc,  
Defectiua Lamed Tau, illa vero Defectiua La-  
med Nun vocare consueuerunt.

Pars Tertia,  
De verbis Compositis  
generatim.

Compositione verborum, quæ fit ex integris Prepositionibus, Latinis ac Græcis usitatissima (ut transfero, descendō, percurro; μεταφέρω, καταβάλω, διατέξω, ο. c.) Hebræi prorsus carēt. *Quis enim una voce dixerit עבר סבל translulit, מעליך descendit, בעריך percurrit?* Non tamen idcirco quis Hebræos has et alias quascunque verborum significaciones suo modo explicare non posse existimauerit. Composita ergo hoc loco vocantur illa, quæ nō tantum unius literæ causa imperfecta sunt (ut Quiescētia et defectiva) sed ratione duarū. Vnius quidem in principio, alterius in fine. Atque ita fit, ut ex varia compositione Quiescentium et Deficientium literarum, quinque formæ compositorum (ad has enim omnes reuocantur) rectè constitui possint. Prima constat ex Quiescentibus Pe Aleph, et Lamed He, ut אֹהֶן desiderauit. Secunda ex Quiescentibus Pe Iod, et Lamed Aleph, ut נַעֲלֵה egressus est. Tertia ex Quiescentibus Pe Iod, et Lamed He, יְרֵה proiecit. Quarta ex defectiis Pe Nun, et Quies-

cen-

scentibus Lamed Aleph, נָשָׁנָה eleuauit. Quinta ex defectiis Pe Nun, וְנִשְׁאָלָה Quiescentibus Lamed He, ut נְשָׁנָה extendit. Postremò addemus verbū  
נְשָׁנָה dedit. Porrò harum formarum verbis commune est, quod primam radicalem nec in Imperatiuo, nec in Infinitiuo unquam amittant, præter duo, נְשָׁנָה egressus est, וְנִשְׁאָלָה eleuauit. In reliqua coniugandi ratione, et si vix illa alia in Compositis diuersitas sit, quamquam quæ modo tam in Quiescentibus, quam in Defectiis separatim explicata est, ob eamque causam à quibusdam autoribus compositorum paradigmata omnino prætermittantur: tamen quia satis superque constat multos etiam impigros in duorum atque diuersorum Imperfectorum formis, earumque consideratione ac regulis coniungendis non nihil defatigari; ad eos magna molestia leuandos paradigmata Compositorum (quamvis non ubique omnia usitata sint) distinctè proponemus; ita tamen, ut ubi id sufficit, primas tantum voces, ceterarum inflectendarum quasi indices, afferamus.

## CAPVT XVII.

*De prima forma Compositorum : ex  
Quiescentidus Pe Aleph, &  
Lamed He.*

**S**EPTEM tantum huius formæ reperiuntur, אֶבֶה voluit, אָוֹה concipiuit, desiderauit, אַלְהָ iurauit, אֲנָה luxit, אַפְּה coxit, אַרְה collegit, אַתְּ venit. Secundum primam literam coniugantur, ut אמר pag. 95. secundum ultimam, ut קָנֵה pag. 124. Porro quamvis אָוֹה tantum in Piel, Niphal, & Hithpael legatur, nihil tamen obstat, quod minus, paradigmatis loco, alijs item Coniugationibus inseruiat.

## K A L.

Paul.	Benoni.	Præterit.
Desideratus.	Desiderans.	Desiderauit.
אָוֹי	אָנָה	אָוֹה
etc. אָוֹיִם	etc. אָוֹיִם	etc. אָנוֹת
Infin.	Imperat.	Futur.
Desiderare.	Desidera.	Desiderabit.
אָוֹת	אָוֹה	יָאָוֹה
etc. בָּאָוֹת	etc. אָוֹ	אָוֹה
		Futu-

De Quiesc. Pe Aleph, & Lamed He, C. XVII. 163

Futurum verbi חָנַן varium est. Reperitur enim,

¶c. חָנַן תְּהִתָּה יְאֵתָה <sup>וְ</sup> ¶c. חָנַן תְּהִתָּה יְאֵתָה

¶c. חָנַן תְּהִתָּה יְאֵתָה <sup>וְ</sup> ¶c. חָנַן תְּהִתָּה יְאֵתָה

In Pro. i. 10. voles, excidit נ, ¶c. in fine idem ponitur pro נ.

Imperatiuus sic quoque scribitur אַפּוֹ coquite, הַתִּוּ venite, quod etiam habet אַתִּי Isa. 21. 14. venite, cum נ loco נ, ut aliqui volunt, quod tamen rectius ad Hiphil refertur, cum etiam significatio faueat ferte, id est, venire facite.

## N I P H A L.

Futur. Benoni. Præterit.

Desiderabitur. Qui desideratur. Desideratus est.

נָאֹה נָאֹה נָאֹה

¶c. נָאֹה <sup>וְ</sup> ¶c. נָאֹה <sup>וְ</sup> ¶c. נָאֹה <sup>וְ</sup>

Imperatiuus & Infinitiuus האֹה desiderare tu, ¶c. desiderari. Legitur etiam in præterito גָּאוֹן pulchræ, desiderabiles sunt, pro גָּאוֹן In Benoni masc. נָאֹה Prov. 19. 10. ¶c. fæm. נָאֹה Prov. 17. 7. pro גָּאוֹן

## P I E L.

Paul. Benoni. Præterit.

*Dilig. desideratus.* *Dilig. desiderans.* *Dilig. desiderauit.*

מְאֹהָה אָוּתָה אָוּתָה

מְאֹיֵם עֲזָבָה אָוּתָה אָוּתָה

Infin. Imperat. Futur.

*Dilig. desiderare.* *Dilig. desidera.* *Dilig. desiderabit.*

אָוּתָה אָוּתָה אָוּתָה

בָּאָוּתָה עֲזָבָה אָוּתָה אָוּתָה

## P V A L.

Futur. Benoni. Præterit.

*Dilig. desiderabitur.* *Quid dilig. desideratur.* *Dilig. desideratus est.*

וְאָוּתָה אָוּתָה אָוּתָה

עֲזָבָה אָוּתָה עֲזָבָה אָוּתָה

## H I P H I L.

Paul. Benoni. Præterit.

*Factus desiderare.* *Faciens desiderare.* *Fecit desiderare.*

מְאֹהָה מְאֹהָה הָאוּתָה

מְאֹיֵם עֲזָבָה אָוּתָה אָוּתָה

Infin. Imperat. Futur.

*Facere desiderare.* *Fac desiderare.* *Faciet desiderare.*

הָאוּתָה הָאוּתָה וְאָוּתָה

בְּהָאוּתָה עֲזָבָה אָוּתָה אָוּתָה

## HOPHAL.

De Quies. Iod, & Lamed Aleph, C. XVIII. 165

H O P H A L.

Futurum. Benoni. Præteritum.

Iubebitur desiderare. Qui iubetur desiderare. Factus est desiderare.

יְאֹוָה

הָאֹוָה

הָאֹוָה

כְּ. אָנוֹה תְּהָוֵי כְּ. אָנוֹת תְּהָוֵת כְּ.

Infinitius, הָאֹוָת iuberi desiderare.

H I T H P A E L.

Futurum. Benoni. Præter.

Fecit seipsum desiderare.

יְתָאוֹה תְּהָאֹה מַתָּאוֹה חֲתָאוֹה

כְּ. אֶתְהָאֹה etc. מַתָּאוֹי תְּהָאֹת כְּ.

Imperat. הֲתָאוֹה, הֲתָאוֹה, כְּ.

Infinit. הֲתָאוֹת.

---

C A P V T   X V I I I .

De secunda forma Compositorum ; ex  
Quiescentibus Pe Iod, & Lamed Aleph.

D U O tantum huius formæ verba repe-  
riuntur, וְיַצֵּג egressus est, וְיַרְא timuit.  
Secundum primam literam coniugatur, ut יִשְׁבַּ  
pagin. 97. secundum ultimam, ut נִצְחָן pag. 119.  
Utrunque in Kal separatim ponemus, cum non-  
nullam tironibus videatur habere diuersitatem;

Pars Tertia,  
in cæteris coniugationibus unum dunt axat erit!

## K A L.

Futur.	Benoni.	Præterit.
Egredietur.	Egrediens.	Egressus est.
וַיֵּצֵא	וַיָּצֹא	וַיָּצַא
etc. וְיַצֵּא וְיָצָא etc. וְיָצָא וְיָצַא etc. וְיָצַא		

## IMPERATIVVS

Fœm.	Masc.
	Egredere.
וְיִצְאֵנָה vel צָאת צָאוֹן: צָאֵנָה vel צָאָה צָאוֹן	
Infinit. וְיַצֵּא egredi.	

Gerundia. מִצְאָת, בִּצְאָת, etc.

Præteritum יִצְחַי egressus sum, occultat suum  $\aleph$ , Job 1.21. Benoni fœm. quadruplex reperitur: יִזְעַח תְּזַעַח תְּזַעַת וְזַעַת וְזַעַת וְזַעַת

## K A L. יִרְא-

Præterit. יִרְא-	Timuit, ut פָּלָא pag. 119.
Benoni. יִרְא-	Timens, ut פָּבָק pag. 64.

## FUTVRVM.

Plur.	Sing.
תִּירְאָנָת	יִרְאָה 3. Perf.
תִּירְאָו	תִּירְאָ 2. Perf.
נִירְאָ	אִירְאָ 1. Perf.

## IMPE-

I M P E R A T I V U S.

Fœm.

Mascul.

*Time.*

ירא יראות יראנָה *vel* יראנָה

Didicuntur timete, ad differentiam  
videte, à ראה vidit.

Infinit. ירא *vel* ירא Timere.

Gerundia. בירא בירא לירא מירא

In præterito legitur יראתָם pro יראתָם  
timuistis, Jos. 4.24.

In futuro, 1. Sam. 18. 12. & timuit. In  
Gerund. ליראה c. cum ה parag. Deut. 4.10.  
Item לירוא 1. Sam. 18. 29. ut timeret.

N I P H A L.

Futur.

Benoni.

Præterit.

Timebitur.

Qui timetur.

Timori fuit.

נורא יורה

נורא

אורה

נוראת c. נוראים c. אורה

Imperatius & Infinitius הורה timearis,  
& timeri. Verbum יצא cùm sit neutrum, per  
Niphal inflecti non potest.

P I E L.

Benoni.

Præteritum.

Terrens.

Terruit.

מירא

ירא

מיראים c.

יראות c.

Infinitiuus. Imperatiuus. Futurum.

Terrere.

Terre

Terrebit.

ירא

ירא

ירא

אִירָא

יְרָא c.

אִירָא c.

## PVAL. HITHPAEL.

Hæ duæ Coniugationes nec in יְרָא, nec in יַצֵּא  
reperiuntur.

## H I P H I L.

Paul.

Benoni.

Præterit.

Eductus.

Educens.

Eduxit.

מָצָא

מֹצִיא

הוֹצִיא

הוֹצָאת c. מֹצִיאִים c.

Infinitiuus. Imperatiuus. Futurum.

Educre.

Educ.

Educat.

הוֹצִיא

הוֹצִיא

יֹצִיא

אֹצִיא c. חֹזִיא c.

In Imperatiuo habet etiam הֹצָא Genes. 8. 17.

Verbum יְרָא Hiphil &amp; Hophal non habet.

## H O P H A L.

Infin.

Futur.

Benoni.

Præterit.

Educi, &amp;c.

Educetur.

Qui educitur.

Eductus est.

חֹזֶא

וֹצֶא

אֹצֶא

הוֹצֶא

חֹזִיכַת c. חֹזָאִים c. אֹצָאִים c.

## C A P V T   X I X.

*De tertia forma Compositorum :*  
*ex Quiescentibus Pe Iod, &*  
*Lamed He.*

**S**EX sunt verba huius formæ יְגַה affixit,  
 יְרָה iecit, יְנַח contrastauit, oppressit, הַיּ  
 remouit, יְפָה pulcher fuit, יְרָה proiecit, ia-  
 culatus est. Secundum primam literam coniu-  
 gatur, ut יְשַׁב secundum ultimam ut קְנַה. Porro  
 cum ex his nullum omnino sit, quod per omnes  
 Coniugationes inflectatur, proponemus in singu-  
 lis, quod usitatissimum est.

### K A L.

Paul.

*Projetus,*

ירָוי

Infinit.

*Projcere.*

vel יְרָה

אִירָה יְרָה

Futurum abie<sup>cto</sup> n radicali Ezech. 31. 7.

& pulcher fuit.

Benoni.

*Projciens.*

יְרָה

Imperat.

*Projice.*

יְרָה

יְרָה

בִּירָות

רִזְוֹת

Præterit.

*Projecit.*

יְרָה

Futur.

*Projciet.*

יְרָה

אִירָה

בִּירָות

רִזְוֹת

Pars Tertia,  
N I P H A L.

Futur. Benoni. Præterit.

Petetur iaculo. Qui petitur iaculo. Iaculo petitus est.

יְוָרָה נֹרָה נֹרָה

וְעַכְתִּיב אֲוֹרָה נֹרִיתִיב נֹרִיתִיב

Infinit. Imperat.

Peti iaculo. Petere tu iaculo.

הָוֹרָה הָוֹרָה

*Benoni etiam reperitur cum schurec נֹגֵח afflictus est, Soph:3.18. Et Futurum cum יְלֹכוּ ut יִרְאֶה Exod.19.13. confodietur iaculis.*

PIEL. PVAL. HOPHAL.

*In Piel tantum reperitur, לִזְוֹת Zach.1.21.ad proijciendum: וַיַּגְנַּח Thren. 3.33. affixit, abiecit, pro וַיַּגְנַּח: Reliqua verba huius formæ Piel ignorat. Pual vero וְHophal nullum huius ordinis verbum habet.*

H I P H I L.

Futur. Benoni. Præterit.

confitebitur. Confitens. Confessus est.

וְעַד מֹדֶה מֹדֶה

etc. מֹדֶית etc. אֲזֹדָה יוֹדוֹ תְּזִדְנָה etc.

Infin. Imperat.

Confiteri. Confitere.

etc. הָוֹרָה הָוֹרָה etc.

Futurum

Futurum etiam extat cum ה characteristico  
אוֹר : יְהוָה אֲחֹרֶה Cum defectu ה radicalis אוֹר,  
projicet, pro רְאֵה, וְיַזְרֵה, Et c. 2. Reg. 13. 17.

## HITHPAEL.

Futurum.	Benoni.	Præter.
Confitebitur.	confitens.	confessus est.
יתודה	מתודה	התודה
Et c. מתודים Et c. התודה Et c.		

Infinit.	Imperat.
confiteri	confitere..

Et c. התודות Et c. התורה Et c. התורה  
התיפה fit pulchrum se fecit, cum  
Iod radicali, cuius futurum תתייפי Ier. 4. 30. In  
reliquis huius formæ verbis Hithpael ferè de-  
sideratur.

## CAPUT XX.

De quarta forma Compositorum: ex Defecti-  
uis Pe Nun, et Quiescentibus  
Lamed Aleph.

**H**Vius formæ sunt נִשְׁאָה eleuauit, נִשְׁאָה sedu-  
xit נִבְאָה in Niphal prophetauit. Secun-  
dum

dùm primam literam coniugatur, ut נִשְׁלָה pag.  
143. Secundùm ultimam, ut נִצְׁבָּה. pag. 118.

## K A L.

Pual.

Eleuatus est.

נִשְׁאָן

Benoni.

Eleuans.

נִשְׁיָה

Præterit.

Eleuauit.

נִשְׁאָה

נִשְׁאָתָה. פַּעֲמָה. נִשְׁאָתָם. פַּעֲמָה.

## F V T V R V M.

Plurale.

Singular.

Eleuabit.

יִשְׁאָן

3. Pers.

יִשְׁאָה

תִּשְׁאָן

2. Pers.

תִּשְׁאָה

נִשְׁאָן

1. Pers.

נִשְׁאָן

Fœm. plur. secundæ &amp; tertiae personæ,

תִּשְׁאָנָה vel תִּשְׁאָנָה vel תִּשְׁנָה

## I M P E R A T I V U S.

Fœm.

Mascul.

Eleua.

שָׁאוֹן שָׁאוֹנָה

שָׁאוֹן שָׁאוֹנָה

Infinit. נִשְׁאָן vel נִשְׁוֹא vel נִשְׁאָתָה

Ps. 89. 10. reperitur etiam נִשְׁוֹא eleuare.

Gerundia. בִּשְׁאָתָה בִּשְׁאָתָה לְשֵׁאת מִשְׁאָת

Benoni fœm. reperitur etiam נִשְׁאָתָה Esth. 2. 15.

נִשְׁאָתָה I. Reg. 10. 22.

NIPHAL

N I P H A L.

Futurum. Benoni Præter.

*Eleuabitur* Qui eleuatur. Eleuatus est.

וְנִשְׁאָן נִשְׁאָן נִשְׁאָן

וְנִשְׁאָתְּנִשְׁאָתְּנִשְׁאָתְּ

Imp. & Infin. eleuare tu, & eleuari.

*Futurum* תַּנִּשְׂאֵן יְנִשְׂאֵן cum dagesch in ϕ potius est Hitphael, Tau Coniugationis per Dagesch absorpto.

P I E L.

Paul. Benoni. Præterit.

*Dilig. eleuatus.* Dil. elenans. Dilig. eleuauit.

מִנְשָׁאָן מִנְשָׁאָן נִשְׁאָן

וְנִשְׁאָתְּמִנְשָׁאָתְּ

Infinit. Imperat. Futurum.

*Dil. eleuare.* Dilig. eleua. Dil. eleuabit.

נִשְׁאָן נִשְׁאָן יְנִשְׁאָן

וְנִשְׁאָתְּבְּנִשְׁאָתְּ

Præteritum interdum cum ,

Pual נִשְׁאָן dilig. eleuatus. sicut נִשְׁאָן.

H I P H I L.

Pual. Benoni. Præterit.

*Factus eleuare.* Faciens eleuare. Fecit eleuare, vel ponere.

מִשְׁאָן מִשְׁיָאָן הַשְׁיָאָן

וְהַשְׁיָתְּמִשְׁיָתְּמִשְׁיָתְּ

Infin.

Infin.	Pars Tertia,	Futurum.
Facere eleuare.	Imperat.	Faciet eleuare.
הַשְׁיוָא	הַשְׁיוָא	וַיְשִׁיוֹא
כִּי־שְׁיוֹאָתָּה	כִּי־שְׁיוֹאָתָּה	אֲשִׁיוֹא

## H O P H A L.

Infinit.	Futur.	Præterit.
Iuberi eleuare.	Iubebitur eleuare.	Factus est eleuare.
הַשְׁנוֹתָה	נִשְׁׁוֹת	נִשְׁׁוֹת
כִּי־הַשְׁנוֹתָה	אֲשִׁנָּה	כִּי־הַשְׁנוֹתָה
HITHPAEL הַתְּנַשֵּׁא	eleuauit se,	licut תְּמִצָּא הָהָ

## CAPVT XXI.

De quinta forma compositorum : ex Defectiis  
Pe Nun, et Quiescentibus  
Lamed He.

**H**VIC formæ septem verba tribuuntur (nā  
reliqua tantum sunt Quiescentia Lamed  
He, manente semper literā Nun) elonga-  
uit. נִרְחָה aspersum fuit. תְּנַטֵּה extendit, inclin-  
auit. נִכְחָה percussit. נִזְחָה volauit, conten-  
dit. נִקְמָה mundus fuit. נִשְׁׁה oblitus est. Se-  
cundūm primam literam coniugatur ut נִשְׁׁלָה: se-  
cundūm ultimam ut קִבְנָה.

K A L.

Paul.

Extensus

נָטוּי

Benoni.

Extendens

נָטוֹת

Præterit.

Extendit.

נָטוֹת

נָטוּיַת c. נָטוּיַת c.

Infinit.

Extendere.

נְטוּת

Imperat.

Extende.

נְטוֹת

Futurum.

Extendet.

יְטוֹת

בְּנְטוּתָת c. נְטוֹת c.

Præteritum legitur pro נָטוּי sic ut pag.  
 125 volabit *habet* & loco ה in quo prætere  
 reat sere ponitur sub ת pro chiric ו dagesch se  
 quente, itemque sub ו pro ת obliuiscê  
 ris, Deut. 32. 18. ponitur pro ת permutatis  
 punctis. Ceterum futurum abiecto ו, habet sere  
 nat : יְטֵת אֶת נָטוּת vel segol propter Maccaph,  
 וְיְטֵשׁ & extendit ibi. Nonnunquam etiā  
 chiric paruum ו & aspersus fuit. 2. Reg. 9. 33.

## NIPHAL.

Futurum.

Extendetur.

נְגִטָה

Benoni.

Qui extenditur.

נְגִטָה

Præterit.

Extensus est.

נְגִטָה

נָטוּיַת c. אֲנַפְתָה c.

Infinit.

Extendi.

נָטוּיַת c.

Imperat.

Extendere tu.

הַנְפָתָה הַנְפָטוּ ו הַנְפָתָה בְּהַנְפָתָות c. c.

Præteri

*Præteritum* נָטוֹ pro גִּטְיוֹ : *Futurum absque n.* הַנְּטָה : *Sic Imperatus & Infinitius* אֲנֵט :

## P I E L.

Paul.

Benoni.

Præterit.

Dilig. extensus.

Dil. extendens.

Dil. extendit.

מַנְטָה

מַנְטָה

נָטוֹתָה

כְּלַיְמַנְטִיּוֹת. c. מַנְטִיּוֹת.

גִּטְיוֹת

Infinit.

Imperat.

Futur.

Dilig. extendere.

Dil. extende.

Dil. extendet.

גִּטְהָ

גִּטְהָ

יְנָטוֹתָה

אֲנֵטָה. c. נָטוֹת.

## P V A L.

Futur.

Benoni.

Præterit.

Dil. extendetur. Qui dil. extenditur. Dil. extensus est.

Infin.

נָטוֹתָה

נָטוֹתָה

Dil. extendi. c.

גִּטְיוֹת.

גִּטְיוֹת.

נָטוֹתָה

## H I P H I L.

Paul.

Benoni.

Præterit.

Extensus.

Extendens. Extedit, vel inclinare fecit.

מַטָּה

מַטָּה

הַטָּה

כְּלַיְמַטִּיּוֹת. c. מַטִּיּוֹת.

הַטִּיתָה

Infinit.

Imperat.

Futur.

Extendere

Extende.

Extendet.

הַטָּה vel הַטָּה

הַטָּה

יְתָה

כְּהַטָּהוֹת. c. הַטָּהוֹת

אֲתָה. c.

Futurum.

1. Pers. 2. Pers. 3. Pers.

Futurio sine ה sic inflectitur, יְתִהְתֵּאָת נֶטֶן Et unum cum אַתְּ declinare faciam Job.23.11;

Sic Imperatius הַט inclina, הַק percute. Verbum נְטוּה variam significationem habet, ideo non ubique eandem ponimus.

### H O P H A L.

Infin.	Futur.	Benoni.	Præter.
--------	--------	---------	---------

Extendi.	Extendetur.	Qui extenditur.	Extensus est.
----------	-------------	-----------------	---------------

הַטָּה	יְתִהְתֵּאָת	הַטָּה	הַטָּה
etc.	etc.	etc.	etc.
הַטִּיתָה	הַטִּיטִים	הַטִּיתָה	הַטִּיתִים

### H I T H P A E L.

Futur.	Benoni.	Præterit.
--------	---------	-----------

Extendet seipsum.	Extendens seipsum.	Extendit seipsum.
-------------------	--------------------	-------------------

וַיְתַנְּתֵה	מַתְנֵתָה	הַתְנֵתָה
--------------	-----------	-----------

etc.	etc.	etc.
------	------	------

הַתְנֵתִית	מַתְנֵתִים	אַתְנֵתָה
------------	------------	-----------

Infinit.		Imperat.
----------	--	----------

Extendere seipsum.		Extende teipsum.
--------------------	--	------------------

הַתְנֵתָה	וְהַתְנֵתָה	הַתְנֵתָה
-----------	-------------	-----------

etc.	בְּהַתְנֵטֹות	הַתְנֵטוּ
------	---------------	-----------

### APPENDIX I.

Verbum נְתַנְּנָה Dedit.

Compositorum formis addimus verbum  
utrinque defectuum.

## K A L.

Plur. Præterit. Sing. Præterit.

נָתַן	נָתַנְהָה	3. Pers. Dedit.
נָתַתָּה	נָתַתָּה	2. Pers.
נָתָנוּ	נָתַנְנוּ	1. Pers.

*Benoni* נָתַן dans, & *Paul* נָתַן datus, perfecta sunt.

## F U T U R U M.

Plur. Singul.

Dabit.

יִתֵּן	תָּתַן	3. Pers.
תָּתַנוּ	תָּתַנְהָה	2. Pers.
אתָנוּ	נָתְנוּ	1. Pers.

## I M P E R A T I V U S.

Fœm. Mascul.

תָּנַן	תָּנַנוּ	Da.
Infinit.	תָּתַה	Dare.
Gerundia,	בְּתַת	

Præteritum תָּתַה 2. Sam. 22. 41. dedisti, utrinque simul deficit. Futurum & Imperativus propter Maccab. mutant suum tñere in segol יִתְנַן-לֵז dabit mihi, תָּנַן-לֵז da illi. Imperativus cum ה parag. תָּנַהֲגָה, et in distinctione da, f. Infinitius תָּתַה, recipit etiam Nun לְתָתַן ad reponendum.

## N I P H A L.

## NIPHAL.

## Præteritum.

Plur.

Sing.

*Datus est.*

נְתָנוּ

3. Pers.

נְתָנוֹת

נְתָתָה תִּתְּתָה

2. Pers.

נְתָתָה

נְתָנוּνוּ vel בְּנְתָנוּנָו

1. Pers.

נְתָתָה

B E N O N I.

Fœm.

Mascul.

*Qui datur.*יַתֵּן נְתָנוּנִים : נְתָנוֹת vel נְתָנָת נְתָנוֹת  
Infinitiuus. Imperatiuus. Futurum.

Dari.

Dare tu.

Dabitur.

יַפְתַּח נְתָנוֹן vel הַנְּתָנוֹן  
etc. etc. הַנְּתָנוֹן etc. etc.

## HOPHAL.

*Ex Hophal extat solum futurum datus est, Levit. ii. 38. et alibi saepius. Verum nihil obstat, quod minus secundum regulas non solum totum Hophal, sed etiam reliquæ Coniugationes, quæ hic desiderantur, recte formari queant; quando Grammatici dicunt, una persona reperita, totam posse formari coniugationem.*

## APPENDIX II.

*Inuenitur alia etiam compositio, magis propriè dicta, eaque duplex, alia nimirum ex diuersis*

M 2

coniug-

coniugationibus ; alia ex diuersis temporibus  
aut personis, eiusdem coniugationis.

Prioris exempla sunt: מִקְנֵת Hier. 22. 23. ni-  
dificans, ex præterito Pual מִקְנֵת, & Participio  
Piel מִקְנָת Is. 59. 3. pollutæ sunt, ex Ni-  
phal & Pual, וַיְגַזְעֶלוּ Ezech. 23. 48. & erudien-  
tur, ex Niphal & Hithpael, נִשְׁגַּנִּי Gen. 41. 51.  
obliuisci me fecit, ex Kal & Hiphil. הַרְשָׁנָה  
Is. 34. 6. impinguata est, ex Hophal עַ Hith-  
pael. nam וְ debebat habere dagesch, & ר duplicatur, quia priori loco pro ת accipitur. Ex ijſ-  
dem est etiam הַכְּבֵס lotus est Levitic. 13. 55.  
& 56. sed חַטָּאת Num. 1. 47. & 2. 33. viſi-  
tati ſue numerati sunt, videtur ex Kal עַ  
Hophal. וְהַפְתִּיתָ Prou. 24. 28. & seducas, ex Hi-  
phil et Piel. וְהַנִּיחָה Zach. 5. 11. & dimittatur,  
ex Hophal et Hiphil. מִפְאַץ Is. 52. 5. blasphematum,  
ex Hithpael et Pual. יְבַדֵּךְ Ps. 7. 6. perse-  
quetur, ex Kal et Piel. וְנוֹלַדְוָה Par. 20. 8. nati  
ſunt, ex Niphal et Pual. וְנִאֲשָׁאֵר Ezech. 9. 8. &  
remansi, ex Niphal et futuro Kal. בְּהִנְדָּךְ Psal.  
67. 2. ſicut dispeſſi, ex Kal et Niphal. In אֲדָרְשָׁה  
requiri, Ezech. 14. 3. ponitur אֲלֹת pro ת.

Posterioris autem ſunt וְיַלְדָּת Iud. 13. 5. pa-  
ties,

De Verb. quat. aut quinq; lit. C. XXII. 181  
ries, in Kal ex præterito יָלַדְתִּי, et Benoni. יָזְלַדְתִּי,  
Ezech. 8. 16. מִשְׁתְּחֹוֹת incurvantes se, in  
Hithpael ex præterito עָבַנְתִּי Benoni. יָחַשְׁבָנִי Job.  
19. 5. reputabunt me, ancillæ ex fœm. ♂ mascul.  
sicut ♂ illud Gen. 30. 38. וַיַּחֲמַנָּה & incal-  
seebant, ex masculino ♂ fœminino. In illo  
צְמַתּוֹתָוִנִי Ps. 87. 17. conturbauerunt, succi-  
derunt me, tertia geminatur syllaba.

---

## CAPVT XXII.

### De Verbis quatuor aut quinque literarum.

VERBA quatuor literarum aut constant  
quatuor literis diuersis, ut בְּרֵבֶל induit,  
involvit. בְּרֵסֶת exterminavit, q. d. exvi-  
neavit, רְטַפֵּשׁ extenuatus, consumptus est.  
פְּרִישָׁן expandit. Aut constant radicalibus ge-  
minatis, eaque vel prima solum, ut בְּלֵבֶל vol-  
vit, à בְּלֵבֶל exaltavit, à סְלֵבֶל. Vel prima  
♂ secunda, ut חִרְחָר succendit, ab חִרְחָר.  
crevit, à שְׂנָה. יְשֻׁעָה lætatus est, à שְׂעָה.  
יְתַעַּת illusit, vel errare fecit, à הַעַתִּה. Vel  
prima ♂ tertia, ut טַלְטִיל asportavit, à טַלְטִיל.

קָרְקָר. כֹּל sustētauit, enutriuit, cepit. à כֶּלֶב  
vaftauit, q.d. exparietauit, à קַוֵּר murus, pa-  
ries.

*Coniungantur omnia ferme in Piel, more  
Perfectorum, pauca in Pual & Hithphael.*

## PIEL.

## Præteritum.

בְּלִגְלָל Volvit. *c.* בְּלִגְלָת תִּהְיָה *c.*

Paul. Benoni.

*Volutus* *Volvens.*

מְגַלְגֵל. מְגַלְגֵלוּס. *c.* מְגַלְגֵל מְגַלְגֵלוּס. *c.*

Infinit. Imperat. Futur.

*Volvere.* *Volve.* *Volvet.*

בְּלִגְלָל בְּלִגְלָל יְגַלְגֵל

אֲגַלְגֵל. *c.* בְּלִגְלָלוּס. *c.* בְּגַלְגֵל. *c.*

## P V A L.

Infinit. Futur. Benoni. Præterit.

*Volvi.* *Volvetur.* *Qui volvitur.* *Volutus est.*

בְּלִגְלָל בְּלִגְלָל יְגַלְגֵל

בְּלִגְלָת תִּהְיָה אֲגַלְגֵל. *c.*

## H I T H P A E L.

הַתְּפִלְגֵל voluit se.

*Coniugatur sicut Piel, præfixis tantum literis formatiuis.*

Verba

De verbis quat. aut quinque lit. Cap. XXII. 18;

## Verba quinque literarum.


*Quinque literarum verba numerantur ista*  
*circuivit, in K A L. יפיפה pulcher fa-*  
*ctus est, חמרמר turbatus est, in Pual.*

## K A L.

Futur.	Benoni.	Præterit.
<i>Circuibit.</i>	<i>circuiens.</i>	<i>circuivit.</i>
יְשַׁחֲרֵהּ	סָחָרָחָר	סָחָרָחָר
סָחָרָחִים. c. יְסַחְרֹהִים. c.	אַסְחָרָחָר	סָחָרָחָת
יְסַחְרָהָר. c. יְסַחְרָהָר. c.	c.	סָחָרָהָרְוּ
Imperat. &c. סָחָרָחָר	<i>Circui.</i>	
Infinit. סָחָרָחָר	<i>Circuire.</i>	

## P V A L.

Futur.	Benoni.	Præterit.
<i>Turbabitur.</i>	<i>Qui turbatur.</i>	<i>Turbatus est.</i>
יְחַמְּרֵם	הַמְּרָמָר	חַמְּרָמָר
חַמְּרָמִת. c. יְחַמְּרִים. c. אַחַמְּרָמָר. c.		חַמְּרָמָת
Infinit. חַמְּרָמָר	<i>Turbari.</i>	
Sic יְפִיפָּה וַיִּפְמִית		



## INSTITUTIONVM

HEBRAICARVM

## PARS QVARTA.

*De Dictione, & quibusdam communibus  
partium Orationis attributis.*

## CAPVT I.

## DE ADVERBIO.

**H**EBRÆOS DICTIONIS *Vocabulo*  
**H**atuor reliquas orationis partes com-  
plete, iam antè dictum est. Nunc igitur de sin-  
gulis ordine agemus.

*Aduerbia tot ferè sunt apud Hebræos, quot  
apud alios. Ea verò iuxta varias significationes,  
hoc ordine numerari possunt.*

מִזְבֵּחַ hîc hic. בָּהַ פָּה פָּה hinc. בָּלֹן hic, huc, illuc. בָּהַ hic, huc, il-  
luc, hinc, illinc. הַנֶּה huc בָּשֵׁ ibi, מִשְׁבֵּ inde בַּתְּ intus. בִּתְחַ intro. חַוֵּן foris. חַוְצָה fo-  
ras. מִעַלְתָּה supra. לְמַעַלְתָּה sursum. מִתְהַלְתָּה infra.  
לְמַטְהָ deorsum. מִתְהַלְתָּה de sub, id est, infernè.  
מִקְעֵל

**מִקְעֵל** supernè. **מַעַל** desuper.

TEMPORIS **תָּמֹל**, ATTEMOL heri, **אַתְּמֹל**, **מַחֲרָה** nocte præterita. **הַיּוֹם** hodie. **אַמֶּשׁ** cras. **שְׁלִישׁוֹ** tunc **תְּתַעַם** nudiustertius. **אוֹ**, **אוֹיָה**, **זָהָה** iam. **זָהָה** semper. **עוֹד** præterea, adhuc. **לְמַתִּי**, **כִּאָשֶׁר**, **שָׁאָשֶׁר** Exod. 8. 9. quando. **פָּתַע** subito. **פָּתַע** repente. **מַהְרָה**, **מַהְרָה**, citò iam, modò. **עַד** usque, donec. **לִפְנֵי** **עַד** **עַד** **עַד** adhuc. **prius**. **אַחֲר** pòst, postea. **טרָס** antea, antequam, quod significat etiam nondum, ut Gen. 24. 15. **שְׁחַר** **בְּקָר** **עַד** manè. **עַרְבָּה** vesperi.

NUMERI *Aduerbia quære in numeris Adverbialibus.*

**בְּלִי**, **בְּלִי**, **כְּלִתִי** non, **לֹא**, **אֵין**, **אֵין**, nequaquam, minimè

AFFIRMANDI sic, ita **אָמַן**, **אָמַנְה** **אָמַת** **כִּי**, **אָמַן**, **אָמַנְה**, **אָמַת**, verè. **אָקִן**, **אָוִיל** **כִּי**, certè, profecto.

DUBITANDI **לוּ**, forsitan. Gen. 50. 15. **אָנוּ** **אָוְלִי** si forte. **כִּי** ne forte.

DEMONSTRANDI, **הַנָּה**, **הַנָּה** en, ecce.

OPTANDI, **לֹו**, **לֹו** **אַחֲלִי** utinam.

HORTANDI, seu obsecrandi, **אָנוּ** **אָפָה**, **גָּאָה**, **גָּאָה**, **בִּי**, quæso, age, eia.

ORDINIS, רַאשׁוֹנָה, לְרַאשׁוֹנָה primū, prius.  
secundò, tertio, שְׁלִישִׁית, شَنِينَيْت secundò, tertio, etc. Utimur  
enim hīc ordinali numero fœminino.

SIMILITUDINIS, בְּמַזְדֵּקָה, בְּמַזְדֵּקָה sicut. כְּמַזְדֵּקָה, כְּמַזְדֵּקָה sic.

QUALITATIS, טֻוב, טֻוב bene. רַע malè, malè,  
2. Reg. 7.9. rectè. נְכֹז firmiter. רַשְׁע impie.

QUANTITATIS, רַב, חֶרְבָּה multūm. מַעַט  
parum. זָעֵר modicum.

VEHEMENTIÆ, מַאֲדָם, מַאֲדָם valde. vel  
maxime, vehementissime. אֲפִכִּי quanto magis, vel quanto minus, pro ratio-  
ne sensus.

REMISSIONIS, מַעַט, מַעַט, לְאַט, lentè sen-  
sim, pedetentim.

SEPARANDI, לְבַד, seorsim.

CONGREGANDI, יְחִידָה, יְחִידָה pariter.

GENTIS, quæ sunt ex adiectiis fœmininis, ut  
Hebraicè. יהודיות. Judaicè. עברית Sy-  
riacè. יוונית. Græcè. רומיות. Romanè, Latinè.

PROHIBENDI, אל ne, quæ vox interdum  
etiam negat, sicut לא interdum prohibet.  
אל non dabit, Ps. 121.3.

INTERROGANDI, הַלֵּא, הַכִּי, nōnne? nun-  
quid? cur? quare? De loco, אֵין, אֵין, לְפָה, מְרוּעָה.

אָזֶן, אֲפֵה, לְאַזֶּן אָחִי, אַיְפֵה  
*Ose.* 13. 9. vbi? quo? quorsum? *De tempore*, מָתִי? quando?  
*De agnitione*, עַד-אֲגֹנָה? quamdiu? usque-  
*De numero*, quot? *De qualitate*, אֵיךְ? *De quantitate*, בָּמָה?

*COMPARANDI*, *Aduerbia comparatiui* וְ  
*superlativi* fiunt *ad minicula vocum* וְ  
*de quibus p.i.c. 4.* וְ*p.s.c.i.n. 11. 12.*

## C A P V T I I .

De Præpositione, Coniunctione, וְ  
*Interiectione.*

**P**RÆPOSITIONES hebreæ numerantur, אל, ad. את, אַת, post. אחר, אַל, apud, iuxta. בְּלִי, בְּשֶׁל, בְּגַלְל, בְּעַבְור, præter, בְּלֹעֲדֵי, בְּלֹא, sine, propter. בְּעַד, inter. pro, per, ultra. זַוְלָתִי, præter. חַוְתִּי, extra. לְפִנֵּי, pro, הַלְּפִנִּי, ante. לְפִיו, iuxta, coram, è regione. לְעַמְתָּה, secundum. לְמַעַן, propter. לְבַד, coram, ante, è regione. מִן, מִתְ, מִן, מִתְ, ab, vel de, ex. (pro quo etiam legitur, לְמַן, לְמַתְ). עַבְרָה, coram, è regione. סְבִיב, circa. גַּנְדָּה, גַּנְכָּה, trans. על-דִּבְרָה, super. על, propter. עַל-קְרָבָה, cum, pro, sub.

Quomodo

*Quomodo autem nonnullæ literæ præpositionum munere fungantur, dicemus in capite de seruilibus.*

**CONIVNCTIONVM** potestates hæ ferè sunt.

*Copulatiua, ז, כ' (de qua pluribus p. 4. c. 6. Chap. 5. c. 3. אֵת, גַם etiā. Disiunctiuia אֵת vel, aut. Adversatiua בְּן sed. וְאֵת et si. אֶת veruntamen. Continuatiua אָבֶל attamē, quin etiā. אֲבִי quanto magis, velminus. Conditionalis בְּלוּל, לְוָלוּל, אֲשֶׁר si forte. nisi. Causalis בְּשָׂר quia. et enim. שֶׁ quia, quòd, quoniam ideo פְּאַשֵּׁר, עַקְבָּי, יְעַזְנָן propterea quòd. בְּעַבְור eo quòd etiam בְּשַׁפְעָה ideo, idcirco אֶת ut. Notandum אֲשֶׁר שֶׁ rectius dici demonstratiuas, quamuis etiam interduim causaliter pro ut sumantur. Rationalis, לְכֹן ideo, idcirco אֶת Ps. 73..13. ergo. Diminutiua אֶת רק tantum, saltem.*

**INTERJECTIONES**, Dolentis, *Dolentis*, הָזֶה, הָזֶה, אָזֶה, אָזֶה, heu. אהָה ahah. אהָה heu, ah. Gaudentis וְinsultantis אֲזָה euge. Admirantis אַזְהָה qnomodo? Blandientis אַפְנָה, אַפְנָה, אַפְנָה obsecro, eia.

*Quædam numerantur etiam in aduerbijs,*

ut suprà visum. Quae significant vñ rectius dicuntur esse comminantis, seu præsagientis malum. in est etiam exclamantis seu vocantis, ut Zach. 2. 6. Isa. 55. 1.

*De communibus attributis partium orationis.*

S V N T nonnulla, quæ et si in singulis orationis partibus (de quibus iam egimus) reperiantur, nequaquam tamen adeò necessariò cum illis coniuncta sunt, ut non potius & commodiùs, habita dissentium ratione, seorsim post omnes explicanda videantur. Huius autem generis attributa sunt potissimum, Affixa, Literæ seruiles & paragogicæ, Accētus. His accedet Numeralia, notæ Arithmeticæ, Literæ quas vocant Currētes, & inuestigatio Thematū seu Radicum.

C A P V T III.

*De Affixis Nominum, & simul alijs causis puncta nominum mutantibus.*

